duo. Primo vtrū pater ſit aliq̄ mō p̄or filio. Scd̄o ſi generatio filij ſit eterna q̄bus v̄bis ſignificari debeat.

D p̄mum ſic ꝓcedit̄ ⁊ videt̄ q̄ pr̄ prior ſit filio Sicut enī ſe habet corruptio ad deſitōeꝫ ita ſe hꝫ generatio ad inceptionem ſꝫ oē q̄d corrūpit̄ deſit eē. ḡ oē q̄d generatur incipit eē ⁊ ita filius cū generat̄ ē poſterior patre. P̄ Nihil accipit aliq̄d niſi q̄d nō hꝫ. ſꝫ oē q̄d generat̄ accipit eē a generāte. ḡ oē q̄d generat̄ añ generatōem nō hꝫ eē. ⁊ ſic idem q̄d p̄us P̄ Principiū naturaliter p̄us ē eo cuiꝰ ē p̄ncipiū. ſꝫ pater ē p̄ncipiū filij. ḡ pater natura ē p̄or filio. P̄ Dare eē p̄us ē dignitate q̄ ſuſcipe. ḡ pater cuꝫ det eē filio dignitate p̄or eſt eo. Cōtra quo aliquid ē p̄us nō ē primū ſimpliciter nec vniūſaliter. ḡ nō eſt deꝰ ſꝫ filiꝰ ē deꝰ. ḡ nihil eſt p̄us ipo. Rꝫ in pr̄e ⁊ filio duo ſūt ſcꝫ eſſentia cōmunis ⁊ relatio diſtinguens. q̄ ad primū nō p̄t eſſe prioritas. qꝛ idē eſt ī vtroqꝫ. q̄ ad ſcdm non p̄t. qꝛ correlatiua ſimul ſūt nat̄a tpe ⁊ intellectu. d̄m ḡ q̄ pater nullo mō p̄or ē filio nec natura nec duratiōe nec dignitate nec itellectu. Ad p̄mū q̄d generat̄ incipit eē. d̄m q̄ verū ē de generatōe q̄ ē cū mutatōe q̄ oppoit̄ corruptiōi. ſꝫ generatio q̄ filiꝰ generat̄ nō dic̄ mutationē ſꝫ ſolū emanationē Ad ſcd̄z nihil accipit niſi q̄d nō hꝫ. d̄m q̄ aliq̄s accipit eē ab alio nō tm̄ qꝛ nō hꝫ eē ſꝫ qꝛ hꝫ nō a ſe ſꝫ ab alio. ⁊ ſic filiꝰ accipit eē a pr̄e non qꝛ nō hꝫ eſſe ſꝫ qꝛ hꝫ eē ab alio nō a ſe. ⁊ hoc hꝫ ab eterno.

Ad tertiū p̄ncipiū naturalit̄ ⁊c̄. d̄m q̄ p̄ncipiū pōt dupliciter ꝯſiderari vel id q̄d ē p̄ncipiū. ⁊ h̄ ē p̄us naturaliter eo cuiꝰ eſt p̄ncipium. vel ſm ratōeꝫ p̄ncipij. ⁊ ſic ſūt ſimul natura ſicut ⁊ q̄libet relicta. in deo aūt ipa relatio p̄ncipij ꝯſtituit pſonā cui ꝯtingit relatio p̄ncipij. ⁊ ideo nullo mō pr̄ ē filio p̄or cuiꝰ ē p̄ncipiū Ad q̄rtū d̄ dignitate d̄m q̄ vbi differt eē dātis ⁊ accipientis dignꝰ ē dare q̄ accipe. ſed hic non differt.

D ſcd̄z ſic ꝓcedit̄ ⁊ videtur q̄ generatio filij ſignificari debeat p̄ p̄ſens tp̄s. p̄ſens enī maxie eternitati cōpetit eo q̄ nō hꝫ ſucceſſionē. ſꝫ generatio diuīa ē etn̄a. ḡ debet ſignificari p̄ p̄ñs tp̄s. P̄ Perfectior ē potētia ſꝑ actui ꝯiūcta q̄ nō ꝯiūcta. ſꝫ potētia pr̄is ē pfectiſſima. ḡ ſꝑ actui generatiōis ē ꝯiuncta ſꝫ p̄ p̄ñs ſignificat̄ actui ꝯiūcta p̄ p̄teritū ñ. ḡ generatio diuīa pfectiꝰ ſignificat̄ p̄ p̄ſens tp̄s q̄ p̄ p̄teritū Cōtra q̄d ſꝑ ē ī fieri nō ē pfectū. ḡ q̄d ſꝑ ē pfectū male ſignificatur vt in fieri. ſꝫ generatio filij ſꝑ ē pfecta. p̄ſens aūt tp̄s ſignificat̄ eā vt ī fieri ḡ ⁊c̄. P̄ Augꝰ dicit. melior ē q̄ ſꝑ natꝰ ē q̄ q̄ ſꝑ naſcit̄. Rꝫ ſucceſſiuoꝝ nō ſimul ē eſſe ⁊ pfectio. qꝛ cū ꝯpleta ſūt nō ſūt. q̄uis aūt generatio creature ſit ſucceſſiua generatio tm̄ filij dei nō ē. qꝛ nō eſt ī tp̄e. ſꝫ ī momēto eternitat̄. ⁊ ideo q̄uis generatio creature nō ſit: cū pfecta ē. generatio tm̄ creatoris ſimul eſt ⁊ pfecta eſt. ⁊ ideo tam v̄bo p̄teriti tp̄is ſignificante pfectionē q̄ v̄bo p̄ſentis tp̄is ſignificāte actualitatē ſignificari p̄t. vñ bñ dicimꝰ filiū generari ⁊ filiū natuꝫ. ſꝫ qꝛ ſimul ē ⁊ pfecta ē. ⁊ ideo pfectiꝰ ſignificat̄ p̄ vtrūqꝫ verbū ſimul. ſiue p̄ aduerbiū p̄ñtis tp̄is ⁊ aduerbiū p̄teriti tp̄is. vt cū d̄r filiꝰ ſꝑ eſt natus. Ad p̄mū p̄ñs maxie ⁊c̄. d̄m q̄ verū ē. qꝛ ponit eſſe ī actu. tñ ī his q̄ p̄ modū fieri ſignificāt̄ imꝑtat imꝑfectiōem. qꝛ talia dū hñt eſſe imꝑfecta ſūt. ⁊ ideo ī talibꝫ q̄ ſimul ſūt pfecta ſūt ꝯgruētius vtimur p̄terito tp̄e ⁊ aduerbio p̄ñtis tp̄is q̄ verbo tm̄ p̄ñtis tp̄is. Ad ſcdm d̄m q̄ q̄uis ſit actui ꝯiuncta ſꝑ generatio diuina tñ qꝛ ſignificat̄ vt in fieri ſiue p̄ modū ſucceſſionis quoꝝ eē cū eſt nō eſt pfectū. ideo ad ſignificandū pfectionē diuine generatiōis nō tm̄ v̄bis p̄ſentis ſꝫ p̄teriti tp̄is debemꝰ vti. Ad ea q̄ in contrarium opponūtur pꝫ reſponſio ex dictis.

DI. X

Unc vero poſt eternitatem filij ⁊c̄.

Hic q̄runt̄ q̄nqꝫ Primo vtrū ſp̄ūſſanctꝰ ꝓcedat vt amor. Scd̄o vtrū ſit amor quē hꝫ pr̄ ī filiū ⁊ econtrario Tertio vtrū ſit nexꝰ vel vnio pr̄is ⁊ filij. Quarto vtrū ex ꝓceſſione ſua poſſit dici ꝓpric. ſſ. Quīto de numero pſonarū.

D p̄mū ſic ꝓcedit̄ ⁊ videt̄ q̄ ſp̄ūſſanctꝰ nō ꝓcedat vt amor nūq̄ enī natura cōmunicat̄ niſi p̄ actū nat̄e. ſꝫ amor nō ſignificat actum nat̄e ſꝫ magis volūtatis. ḡ cū p̄ ꝓceſſionē ſp̄ūſſācti ꝯmunicet̄ tota nat̄a videt̄ q̄ ſp̄ūſſanctus nō ꝓcedat vt amor P̄ Nō ē idē modus ꝓceſſiōis creat̄e ⁊ pſone diuine ſꝫ creature ꝓcedūt a deo p̄ actū volūtat̄ vt Hyl. dicit. ḡ nulla pſona ꝓcedit p̄ actū volūtatis. ḡ nec p̄ modū amoris. P̄ Modus ꝓceſſiōis pſone ē ꝓprius pſone ꝓcedēti. ſꝫ amor cōmunis ē tribꝫ pſonis. ḡ nulla pſona ꝓcedit vt amor. Cōtra nō ē pfecta ſūmi boni cognitio ſine adiūctōe amoris. ḡ vbi ē ꝓceſſus aliq̄s per modū pfecte cognitōis optet q̄ ſit alius p̄ modū pfecti amoris. ḡ cuꝫ filiꝰ ꝓcedat p̄ modū itellectꝰ a pr̄e ſiue vt v̄bū. ḡ ſp̄ūſſāctꝰ ꝓcedit p̄ modū volūtatis ſiue vt amor

P̄ Sp̄ūſſanctꝰ ꝓcedit vt donū vt Augꝰ dicit ſꝫ prima rō doni ē amor. ḡ ꝓcedit p̄ modū amoris Rꝫ proceſſus pſonaꝝ ē rō ꝓceſſiōis creaturaꝝ. ſm illō ap̄li ad Eph. iij. Ex quo oīs paternitas ī celo ⁊ ī terra nomiat̄. In creaturis aūt duplex ē ꝓceſſio ſcꝫ p̄ modū nature ⁊ p̄ moduꝫ volūtatis. ḡ ī creatore duplex ē ꝓceſſio. vna p̄ modū nature. altera p̄ modū volūtatis vt hec duplex ꝓceſſio ſit rō duplicis ꝓceſſionis in creaturis. ⁊ ideo ſicut filius ꝓcedit p̄ modū ꝓceſſiōis nat̄e ita ſp̄ūſſanctꝰ p̄ modū ꝓceſſiōis volūtatis q̄ q̄dem ꝓceſſio ē amoris.

Ad p̄mū nature nō cōmunicat̄ d̄m q̄ ſicut p̄ p̄muꝫ ꝓceſſū nat̄e pfectiuꝫ cōicat̄ tota nat̄a ita p̄ p̄mū ꝓceſſuꝫ volūtat̄ cōmunicat̄ tota volūtas. ſꝫ qꝛ volūtas ī deo idē ē cū nat̄a. ido etiā cōicat̄ tota nat̄a p̄ ꝓceſſū volūtat̄ q̄uis enī ī nat̄a iferiori ñ niſi p̄ actū nat̄e ꝯuicet̄ nat̄a tñ ī diuīs p̄t cōicari p̄ actū volūtat̄. qꝛ volūtas ē ipa nat̄a

Ad ſcdm d̄m q̄ q̄uis ſit ꝓceſſus creature p̄ moduꝫ amoris. nō tamē ē ideꝫ modus. quia creatura ꝓcedit vt

amatu ſolum vel volitum. ſꝫ ſpiritusſanctus vt ratio amandi et volendi. quia vt amor. ſic creatura proceſdit a deo vt exēplatū. ſed filiꝰ vt exemplum. qꝛ vt ars ⁊ imago pr̄is. Ad .iiij. dōm ꝙ charitas ⁊ amor pͭ tripliciter accipi. eſſentialiter. notionaliter. pſonaliter. eſſentialiter qn̄ in noīe amoris itelligitᷣ pceſſio ſm modum itelligēdi tm̄ ſicut ⁊ ī noīe oparationis q̄ tamē eſt diuina eſſentia. ⁊ ſic ē cōīs tribus. Perſonaliter autē qn̄ i noīe amoris impoꝛtatᷣ proceſſio realis. ⁊ ſic ſolus ſpūſſanctus amor ē. Notionaliter ꝟo inq̄ȝtū ſignificat ipam relationē q̄ eſt pncipiū amoris pſonalis. ⁊ ſic amor ſignificatur nō p nomē ſed p ꝟbū vt cū dꝛ pater ⁊ filiꝰ diligūt ſe diligere cui eſt amorē emittere. ⁊ ſic ē cōmune patri ⁊ filio ſicut ⁊ cōmunis ſpiratio.

D ſcōm ſic pcedit̃. videt̃ ꝙ ſpūſſanctus nō ſit amor quē hꝫ pr̄ i filiū ⁊ ecōuerſo. qꝛ q̄ pcedit vt i aliū tēdēs nō pcedit vt in ſe ſubſiſtēs. ſꝫ ſpūſſanctꝰ pcedit vt i ſe ſubſiſtēs. g̃ nō vt i aliū tendēs. ⁊ ita nō eſt amor tendēs a patre i filiū ⁊ ecōuerſo. P Si ſpūſſanctꝰ ē amor mutuꝰ a patre i filiū ⁊ ecōuerſo. g̃ ſic filiꝰ recipit amorē a pr̄e. ita pr̄ a filio. ⁊ ita pr̄ recipit aliq̄d a filio qd̄ falſū ē. P Nullꝰ amor mutuꝰ ē vnicꝰ qꝛ duoꝝ duo ſūt amores. ſꝫ ſpūſſanctꝰ ē amor vnicus. g̃ nō ē amor mutuꝰ. ⁊ ita nō ē patris i filiū ⁊ filij i pr̄em. Cōtra Hieroꝰ ſup pſ. dñe q̄s habitabit in ta. ⁊c. dicit ꝙ ſicut ſpūſſanctꝰ ē amor patris i filiū ita ⁊ filij in patrē. P Perfectior eſt dilectio mutua q̄ȝ non mutua. ſed ſpūſſanctus ē dilectio pfectiſſima. g̃ et mutua. R. circa pceſſionē ſpūſſancti duo poſſunt ꝯſiderari. ſcꝫ proceſſio ⁊ modus pcedēdi ex pceſſione inq̄ȝtum hmōi nō habet ꝙ ſit a patre in filiū vel ecōuerſo. ſꝫ ꝙ ſit pſona p ſe ſubſiſtens ⁊ diſtincta. ex mō autē pcedendi inq̄ȝtum ſcꝫ procedit vt amor habet ꝙ ſit ab vno in aliuꝫ ⁊ ſic eſt mutuꝰ. non tn̄ eſt ab vno in aliū vt in recipientē amorē ſed vt i tminū ⁊ obiectum amoris ſicut cum dicit̃. diligo deū. deus nihil recipit a me. ſed tm̄ eſt obiectū amoris mei. Ad primū qui pcedit ⁊c̃. dicendū ꝙ eo qd̄ ē pcedens in ſe ſubſiſtit. ſed rōne modi pcedendi ſic ē ab vno in aliū tendens. Ad ſcōm dōm ꝙ nō ſequitur ſi ſpūſſanctus eſt amor filij i patrē ꝙ pater recipiat a filio ſed ꝙ obiectum amoris filij eſt tm̄ ſicut viſum eſt. Ad tertiū dōm ꝙ amor mutuꝰ q̄ eſt talium qui habent diuerſas volūtates nō eſt vnicꝰ ſꝫ pater ⁊ filiꝰ vnā penitꝰ volūtatē hn̄t. ⁊ ideo vnicū amorem.

D tertiū ſic pceditur. ⁊ videtur ꝙ ſpūſſanctꝰ non ſit nexus patris ⁊ filij. nexus eni non eſt niſi ſeparatoꝝ. ſed pater ⁊ filius non ſūt ſeparati qꝛ pater eſt in filio. ⁊ ecōuerſo. g̃ eorū non eſt aliquis nexus. P In nexu ꝯueniunt q̄ ꝯnectūtur. ſꝫ pater ⁊ filius non ꝯueniunt in vna pſona. g̃ nec nectūtᷣ in vna pſona. ⁊ ita ſpūſſanctus non eſt nexus illorum. P Qd̄ ab aliquibꝫ diſcretū eſt ⁊ diſtinctū nō eſt vnitiuum illoꝝ. ſed ſpūſſanctus a patre ⁊ filio eſt diſtinctꝰ g̃ non eſt vnitiuꝰ illorū. Cōtra Augꝰ. amor eſt copla amātis ⁊ amati. ſed ſpūſſanctus eſt amor patris ⁊ filij ergo ē copla vtriuſq̄. P ſm Aug. ſpūſſanctꝰ ē amoris ſuauitas quo genitꝰ genitori ꝯiungitur. R. dōm ꝙ aliq̄d pͭ dici nexus duorū dupliciter. Uno modo ſic in quo duo vniunt̃ vt ſi dicamus plem eſſe nexū pr̄is ⁊ matris. ⁊ ſic ſpūſſanctus ex ipa pceſſione dꝛ nexus patris ⁊ filij inq̄ȝtū pcedit cōmuniter ab vtroq̄ȝ. Alio modo ſicut quo duo vniūt̃ vt vinculū ꝯiūgens aliq̄ duo et ſic etiā ſpūſſanctꝰ habet ꝙ ſit nexus patris ⁊ filij inq̄ȝtū pcedit vt amor patris in filiū et ecōuerſo ſicut dictum eſt. Ad primū nexus nō eſt ⁊c̃. dicendū ꝙ pater ⁊ filius dupliciter poſſunt ꝯſiderari. vel inq̄ȝtum ꝯueniunt in eſſentia. ⁊ vniunt̃ in amore eſſentiali. vel inq̄ȝtum diſtinguūt̃ i pſonis: ⁊ ſic vniūt̃ p ꝯſonātiā amoris pſonalis q̄ ē ſpūſſanctꝰ. Ad ſcōm pa. ⁊ fi. ⁊c̃. dōm ꝙ verum ē formaliter. ꝯueniūt tn̄ originaliter. qꝛ viꝰ pſone ſunt origo ſcꝫ ſpūſſancti. ⁊ ſic ē nexus eoꝝ. Ad tertiū dicēdū ꝙ nō eſt verū vniuerſaliter. nam a duobꝫ corporibꝫ glutinoſis intelligit̃ aliq̄d ab eis diſcretū pcedere quo nihilominꝰ illa nectunt̃ ⁊ vniunt̃.

D q̄rtū ſic pcedit̃. ⁊ videt̃ ꝙ pſona q̄ pcedit vt amor nō pprie dicat̃ ſpūſſanctus qd̄ eni eſt cōmune tribꝫ pſonis nō efficit̃ pprium niſi adiuncto aliq̄ pprio. ſꝫ ſpūs nomē cōmune ē tribꝫ ſanctꝰ ſimiliter. ergo hec duo p ſe nō faciūt nomē alicuiꝰ pſone pprium. P A quo hꝫ res cognoſci ab eo debet pprie nominari. ſꝫ a notōe pſonaꝝ hꝫ perſona cognoſci. g̃ debet ab ea denominari. ſꝫ hoc nomē ſpūſſanctꝰ non nomiat aliquā notionē tertie pſone in trinitate. g̃ non ē ppriū nomē eius. P Sicut pceſſio q̄ eſt p modum amoris eſt ſancta. ita illa q̄ eſt p modū nature ſꝫ p iſtā nō dꝛ filius ſanctus. g̃ nec per iſtā dicit̃ ſpūſſanctus. Contra dicit Augꝰ ꝙ quia pſona eſt cōmunis ideo recte habet nomē cōmune ſcꝫ ſpūſſanctꝰ. P Cōmuni vſu tractatoꝝ ſcripture appellatur ſpūſſanctꝰ. R. hoc qd̄ dico ſpiritusſanctꝰ pͭ dupliciter accipi. vel vt oratio. ⁊ ſic eſt cōmune toti trinitati. vel vt dictio. ⁊ ſic ē ex vſu eccl̄ie appropriatum nomen pſone. ſſ. Cuiꝰ ratio vna eſt ex mō pcedendi. nam i nobis pceſſus generatiōis corporalis eſt ſed pceſſus amoris eſt ſpūalis. Alia eſt ratio ab effectu. qꝛ amor q̄ eſt donū eius. facit nos ſpirituales. Ad primū qd̄ opponit̃ de nomie cōmuni ⁊c̃. dōm ꝙ ſpūſſanctus put accipit̃ vt oratio eſt nomen cōmune ſꝫ put dictio ē nomen pſone appropriatū ex vſu eccl̄ie. Ad ſcōꝫ dōm ꝙ hoc verū eſt quādo iuenitur nomē ꝯueniēs ad hoc. ſed a pte hac nō iueniebat̃. quia in creaturis inueniet̃ aliqua res ſubſiſtens pcedere p viā generatōis nō aūt p viam amoris. ⁊ ideo ex noībꝫ q̄ a nobis ſunt creaturis ipoſita potuit aliq̄d trāſferri ad ſignificādū pprie pſonam filij nō aūt ad deſignādū pprie pſonā ſpūſſancti. Ad tertiū dōm ꝙ filiꝰ nō dicit̃ ſanctꝰ. dōm ꝙ ratio ē. qꝛ ſanctitas eſt ꝯditio volūtatis potius q̄ȝ nature ideo potius addit̃ nominationi pſone pcedētis p modum volūtatis q̄ȝ p modū nature.

D q̄ntū ſic pcedit̃. ⁊ videt̃ ꝙ nō ſint tm̄ tres pſone i diuinis. nō eni plus diſtat voluntas a natura q̄ȝ itellectꝰ. ſꝫ alia eſt pſona pcedens p modū volūtatis ab illa q̄ pcedit p moduꝫ nature. g̃ oportet eē aliā q̄ pcedit p modū itellectꝰ. ⁊ ſic alia pſona dꝫ eſſe ꝟbū ⁊ alia filiꝰ. P ſic ē pfectio nature ⁊ liberalitatis i pr̄e ⁊ filio ſicut i ſpūſancto. ſi g̃ pr̄i pfectiōe nature ⁊ liberalitatis ꝯuenit pr̄i ⁊ filio vt ſpirant tertiā pſonam ſimiliter ſpirare q̄rtā ꝯuenit ſpūiſancto. P In deo nō ē ſolū natura ⁊ volūtas ſꝫ multa alia attributa. g̃ q̄ rōe penes hec duo accipiunt̃ aliq̄ modi pceſſionū pſonaliū ita penes alia debet accipi. Cōtra videt̃ ꝙ ſint tm̄ due pſone. pſone eni nō diſtiguūt̃ niſi p relatōeꝫ origis ſꝫ relatio originis ē ſm quā aliq̄s ē ab alio. g̃ videt̃ ꝙ ſit vna tm̄ pſona q̄ ſit ens ab alia ⁊ reliq̄ a q̄ alius. g̃ ſunt tm̄ due pſone. R. i deo ſūt tres pſone tm̄ ⁊ h̄ ſm fidē ⁊ rōnem qꝛ pſone nō diſtinguūt̃ niſi p relatōes origis. Duplex aūt ē modus originis ſiue pceſſionis. ſcꝫ p modū nature ⁊ p modū voluntatis. ſic duplex ē agēs ſcꝫ a nature ⁊ a propoſito. Iſte aūt duplex modꝰ pceſſiōis nō diſtinguit pſonā a q̄ ē pceſſio. ſꝫ pſonas pcedētes. qꝛ q̄uis ab eodem poſſet aliq̄ pcedē diuſis modis n̄ tn̄ idē diuſis modis poterit pcedē. ⁊ ideo ſūt due pſone pcedētes vna p modū nature ſcꝫ filiꝰ. reliq̄ p modū volūtatis ſcꝫ. ſſ. ⁊ vna a q̄

eſt vna vtrãqꝫ ꝓceſſio.ſcꝫ pater. ⁊ ideo tres ſũt ꝑſone in diuinis.plꝛes aũt eẽ nõ pñt qꝛ ꝓceſſiones ꝑſonarũ non pñt multiplicari ſm numeꝝ qꝛ in deo nulla eſt materia multiplicatio aũt ſm naturã in eadẽ ſpẽ ẽ ſm materiaꝫ

Ad primũ ꝺ itellectu dõm ꝙ ꝓceſſio nature eſt ꝑ expꝛeſſionẽ ſpeciei vniꝰ in altero :neceſſe ẽ enĩ vt genitꝰ habeat ſpeciẽ generãtis.ſpecies aũt ĩ naꝛa inmateriali tu iuſmodi ẽ diuia rõ ẽ itelligẽdi inqꝫtũ hmõi. non aũt rõ amãdi niſi in qꝺ adiũgĩt rõ boni. ⁊ ideo ĩ diuinis ipa ꝓceſſio ꝑ modũ naꝛe ẽ ꝑ modũ itellectꝰ nõ oũt ꝑ modũ amoꝛis. Ad ſcdm dõm ꝙ ſicut naꝛa in patre ẽ principiũ generatõis inqꝫtũ eſt idem re ꝙ paternitas q̃ ĩ filio nõ ẽ q̃zuis ſit ĩ eo eadẽ naꝛa ⁊ ꝓpter h̃ nõ gernerat ita libertas ĩ pr̃e ⁊ filio eſt principiũ ſpũſſancti rõne cõis ſpirationis.q̃ qꝛ in ſpũſancto non ẽ q̃zuis ĩ eo ſit liberalitas nõ ꝓducit ex ſe aliam ꝑſonã. Ad tertium dõm ꝙ alia attributa vel nõ hñt rõnez principij actiui in cõi ſicut bonitas vel hñt rõnez principij actiui ĩ cõi ſicut potencia. habent tñ oĩa rõne principij exẽplaris. ⁊ iꝺo ſm alia attributa ꝓceſſiones ĩ diuinis nõ ſumũtur niſi ſm naturã ⁊ itellectũ ⁊ voluutatẽ. Ad vltimũ dõm ꝙ relacio ꝯſtituens ꝑſonã dꝫ eẽ indiuiſibilis ꝓpꝛ h̃ ꝙ ꝑſona ẽ icõmunicabil' ſꝫ qꝛ ab alio diuidiꝛ ſm diũſos modos ab alio exñdi. ⁊ iꝺo ſm h̃ ñ accipiꝛ vna tñ ꝑſona ſꝫ due.

DI. XI

Hic dcẽdũ ẽ ⁊c.

Hic q̃runꝛ q̃ttuoꝛ Primo vtꝝ a patre ⁊ filio ꝓcedat ſpũſſanctꝰ. Scdo an ꝓcedat ab eis inq̃ztũ ſũt vnũ. Tertio inq̃ztũ ſũt vnũ in eſſentia Quarto an pr̃ ⁊ filiꝰ ſint vnꝰ ſpiratoꝛ ſpũſſancti.

D primũ ſic ꝓcediꝛ. videꝛ ꝙ ſpũſſanctꝰ nõ ꝓcedat a filio. Dicit enim Dam̃. ſpm̃ a pr̃e dicimus ⁊ ſpm̃ patris noĩamꝰ. ꝑ Nullũ ſimplex pt eẽ a duobꝫ. ſꝫ ſpũſſanctus ẽ ſimplex. g̃ nõ ẽ a duobꝫ ꝑ Spũſſanctꝰ non minꝰ ꝯuenit cũ pr̃e q̃z filiꝰ. ſi g̃ filiꝰ cõicat cũ patre in ſpiratõe ſpũſſancti. videꝛ ꝙ ſpũſſanctꝰ cõicet cũ pr̃e ĩ generatõe filij ſꝫ h̃ ẽ falſũ g̃ primũ. ꝑ Aut ꝑfecte ſpirat pr̃ ſpm̃ ſanctũ. aut non ſi nõ. g̃ ẽ aliq̃ impfectio ĩ patre qꝺ eſt impoſſibile. ſi ꝑfecte g̃ ſupfluit filiꝰ. ꝑ Jo. xvj. dꝛ. Jlle me clarificabit qꝛ ꝺ meo accipiet. g̃ aliqꝺ accipiet a filio :ſed q̃cqꝺ ẽ in illo eſt totꝰ ipẽ g̃ ſe totum accipit a filio. g̃ ꝓcedit ab illo.

ꝑ Jo. xv. dꝛ. Cũ venerit ꝑaclitꝰ quẽ ego mittaꝫ ⁊c. ſꝫ ſi nõ ꝓcederet ab eo nõ mitteret eum. g̃ ꝓcedit ab ipo.

℞. dõm ꝙ neceſſe ẽ ponere ſpm̃ ſanctũ a pr̃e ⁊ filio ꝓcedere. aliter enĩ ſeqꝛtur adminus triplex inconueniẽs Quoꝝ primũ ẽ ꝙ pater ⁊ filiꝰ nõ ſũt ꝑfecte vnũ qꝺ ẽ heresis arrij. ex hoc enĩ ꝙ ꝑfecte pater ⁊ filiꝰ ſũt vnuꝫ ſeqꝛ ꝙ pater ⁊ filiꝰ ĩ oĩbꝰ cõmunicãt niſi ĩ paternitate ⁊ filiatione. eẽ aũt principiũ ſpũſſancti neqꝫ ad rõnez paternitatis ꝑtinet neqꝫ ad rõnez filiatõis. vñ oꝑtet ꝙ i h̃ pr̃ ⁊ filiꝰ cõicãt. Scdm eſt ꝙ filiꝰ ⁊ ſpũſſanctꝰ non eſſent ꝑſone diſtincte qꝺ ẽ erroꝛ ſabellij. nã cum tres ꝑſonẽ ſint vniꝰ eſſentie nõ pt eẽ ꝑſonaꝝ diſtinctio niſi ſm relationes originis ꝓut vna ꝑſona ẽ ab alia ſpũs aũt ſanctꝰ a filio nõ diſtinguiꝛ ꝑ h̃ ꝙ eſt a patre. Si g̃ nõ diſtinguiꝛ ab eo ꝑ hoc ꝙ vnꝰ eoꝝ ẽ ab alio nulla erit diſtinctio itẽr eos nõ aũt filiꝰ eſt a ſpũſancto. qꝛ ex h̃ ꝙ filiꝰ eſt ſoluꝫ a patre ẽ. reſtat g̃ vt ſpũſſanctus ſit a filio. Tertium eſt ꝙ ſpũſſanctꝰ ſit creata qꝺ ẽ erroꝛ macedonij in his enĩ in q̃bꝫ ꝓceſſus neceſſariꝰ eſt vniꝰ ab altero neceſſe ẽ ꝙ vnũ ſit ab vno. ſꝫ ĩ his q̃ ꝓducũtur vt volita poſſibile eſt ab vno ꝓcedere plura. Si g̃ pter ꝓceſſionẽ filij q̃ nature oꝛdine a ſolo patre ꝓcedit. ꝓcedat vt ẽ a ſolo patre. ſſ. ſeqꝛ ꝙ ſpũs non ꝓcedat a patre nature oꝛdine, ſꝫ ſoluꝫ qꝛ pater ſic voluit. hic aũt modus ẽ q̃ a deo creature ꝓcedũt. ſeqꝛtur g̃ ſpm̃ ſanctũ eẽ creaturã qꝺ eſt hereticuꝫ. ideo oꝑtet dicere ꝙ ſpũſſanctꝰ ſit a pr̃e ⁊ filio Ad primũ de Dam̃. dõm ꝙ Dam̃. nõ negat ita eẽ tñ non affirmat. qꝛ dꝛ fuiſſe tꝑe q̃ incepit ꝯtrouerſia ſuꝑ hac q̃ſtione iter grecos ⁊ latinos. vñ in ꝑſona grecoꝝ loquẽs dicit. nõ dicimꝰ non tñ negat ita eſſe. Ad ſcdm dõm ꝙ veꝝ eſt a duobꝫ diuerſis ꝑ eſſenciã. qꝛ q̃ differũt ꝑ eſſentiã differũt etiã ꝑ ꝟtutẽ ⁊ oꝑatiõem. Ad tertiũ dõm quia ſpũſſanctꝰ ꝓcedit a filio. ideo filiꝰ nõ pt ꝓcedere a ſpũſancto. qꝛ impoſſibile ẽ ꝙ reſpectu eiuſdẽ ideꝫ ſe habeat ĩ rõne principij ⁊ eius qꝺ ẽ a principio. Ad q̃rtũ dõm ꝙ ꝑfecte ſpirat pater nõ tñ filiꝰ ſuꝑfluit. quia ſunt vnũ in ſpirãdo ⁊ h̃ nõ ẽ ex impꝑfectõe patris qꝛ indigeat filij adiutorio. ſꝫ ex ꝑfectõe filij. qꝛ in oĩbꝫ aſſimilaꝛ patri q̃ nõ repugnãt ꝓprietati eiuſdem.

D ſcdm ſic ꝓcediꝛ. videꝛ ꝙ ſpũſſanctus non ꝓcedat a patre ⁊ filio inq̃ztũ ſũt vnũ. ſpũſſanctus ꝓcedit a patre a filio vt nexus amboꝛũ. nexio aũt nõ ẽ vnꝰ ſꝫ pluriũ. g̃ ꝓcedit ab eis vt ſũt plꝛes nõ vt ſũt vnuꝫ. ꝑ Spũſſanctus ẽ amoꝛ mutuꝰ pr̃is ⁊ filij vt dictũ ẽ ſupra. ſed amoꝛ mutuꝰ eſt a duobꝫ. g̃ ⁊ ſpũſſanctꝰ. ꝑ Actus ſunt ſuppoſitoꝝ. ſi g̃ ſpirare eſt actꝰ patrĩ ⁊ filij. oꝑtet ꝙ ſit actꝰ eoꝝ inq̃ztum ſũt ſuppoſita q̃daꝫ. ſꝫ ſuppoſitũ patris diſtinguiꝛ a ſuppoſito filij. g̃ ꝓcedit ab eis ſpũſſanctus inq̃ztuꝫ ſunt diſtincti. Cõtra plꝛes ſũt pater ⁊ filiꝰ ſuis ꝓprietatibus g̃ ſi ab eis ſpũſſanctꝰ ꝓcedit vt ſunt plꝛes. g̃ ꝓcedit a patre: vt pater ẽ. ⁊ a filio vt filius ẽ. g̃ pater paternitate filius filiatõe referꝛ ad ſpiritũſanctũ qꝺ falſũ ẽ. ꝑ Pater ⁊ filius inq̃ztum ſũt plꝛes diſtinguũꝛ nõ aũt vniũtur ſed ſpũſſanctꝰ ẽ vnio patris ⁊ filij. g̃ nõ ꝓcedit ab eis inq̃ztum ſũt plꝛes. ℞. actus ẽ alicuꝰ vt agẽtis ⁊ alicuꝰ vt principij actionis. ſi ergo li inq̃ztum replicet ꝯditionem agẽtis ſic pater ⁊ filiꝰ inq̃ztũ ſunt plꝛes ſpirant ſpiritũſanctũ. ſi aũt replicet ꝯditionẽ principij actiõis ſic inq̃ztũ ſunt vnũ in ꝟtute ſpiratiua ſpirãt ſpiritũſanctũ

Ad primũ de nexu dõm ꝙ nexus nõ ẽ vniꝰ ſꝫ pluriũ. nõ tñ ſolũ vt plꝛes ſunt ſꝫ vt ꝯiũguntꝛ in aliq̃ vno. Ad ſcdm dõm ꝙ amoꝛ mutuꝰ eſt pluriũ ſꝫ tñ vnitoꝝ ĩ aliq̃ vno. Ad tertiũ dõm ꝙ ſpirare ẽ pluriũ ſuppoſitoꝝ conuenientiũ tñ in vna ꝟtute ſpiratiua. Ad q̃rtuꝫ dõm ꝙ q̃zuis ꝓcedat ab eis vt plꝛes ſunt ſm rõnez agentiũ. nõ tñ ſm formã eos plurificãtẽ ſcꝫ paternitatẽ ⁊ filiationẽ inq̃ztum ſũt ſpiratõis principiũ. ſꝫ ſm formaꝫ vnã in q̃ ꝯueniũt. Ad q̃rtũ dõm ꝙ inq̃ztũ plꝛes ſũt ſolum non ꝯueniũt ſpirãdo ſpiritũſanctũ. ſꝫ inq̃ztũ ſũt plꝛes agentes ꝑ vnã virtutẽ ſpiratiuã in vtroqꝫ.

D tertiũ ſic ꝓcediꝛ. videꝛ ꝙ ſpũſſanctus ꝓcedat a patre ⁊ filio. inq̃ztũ ſũt vnũ in naꝛa. natura nõ cõmunicaꝛ niſi ꝑ actũ nature. g̃ cum ꝑ ſpiratõem natura ꝯmuniceꝛ ſpiratiõis erit natura ipa ꝑncipiũ. g̃ pater ⁊ filiꝰ inq̃ztum ſũt vnũ ĩ natura ſpirãt ſpiritũſanctũ. ꝑ Nõ pt eẽ ĩ duobꝫ ſuppoſitis diſtinctis vna ꝓprietas. qꝛ ꝓprietates numerantur ſm ſuppoſita. g̃ nõ ſpirãt vt ſũt vnuꝫ in notiõe aliq̃ ſed in eſſentia. ꝑ Anſ. dicit ꝙ ridiculũ ẽ dicere ꝙ ꝓpter relationẽ tota eſſentia patris ⁊ filij ſit in ſpiritũſancto ⁊ nõ potius ꝓpter eſſentiam Contra in vnitate eſſentie ꝯueniunt tres ꝑſone. g̃ ſi ſpirare cõuenit duobꝫ ſm ꝙ ſũt vnũ in eſſentia ꝯuenit etiã tertie ꝑſone ꝑ Oĩs actus ꝓprius aliq̃rum egreditur a forma aliqua que eſt ꝓpria ipoꝛum vnitas aũt eſſentie non eſt forma propria illoꝛum duoꝛũ. ergo non eſt eſſentia in eis ſpirandi principium quod eſt actus proprius illoꝛum ℞ꝰ eſſentia tñ ĩ patre ⁊ filio non poteſt eẽ ſpirationis ꝑncipiũ nec

ſolū ꝓꝓetas relatiua qꝛ ſi eēntia ſm rōez eēntie eēt ꝑnci piū actꝰ notionalis eſſentia diſtingueret. ꝓꝛietas autē relatiua eē non pt principiū ꝯcreādi diuinā naturaꝫ vt dicit Anſ. Dō eſt ꝙ ꝙ eſſentia eſt in pr̄e ꝛ filio rōne ali/ cuiꝰ notōis q̄ cōis eſt patri ꝛ filio q̄ eſt idē re ꝙ eſſentia. ꝛ dr̄ cōis ſpiratio, ē ꝑncipiū ſpiratōis ſpūſſancti. ꝛ hoc ē qḋ ꝯmunius dr̄ ꝙ ſpirāt ſpūſſanctum inq̄ꝫtū ſūt vnum in potētia ſpiratiua vt potentia refert ad eſſentiā. hoc aūt quod dico ſpiratiua ad notōem. potentia enī ſpirā di ſicut ꝛ potētia generādi dicit eēntiā. cū modo tamē exiſtendi h̄ vel illo. ꝛ dicit eſſentiaꝫ ꝑncipaliter in recto relatōem aūt ī obliquo vt habet ſupra di. vij. Ad pri mū natura nō cōmunicat niſi ꝑ actū nature dōm ꝙ ve rū eſt. ſꝫ determīata ꝯmunicatio nate debet eē ꝑ actum nature accepte ſub aliq̄ ꝓꝛia rōne. ꝛ ideo ꝯmunicatio ꝑ q̄ꝫ ꝓcedit ſpūſſanctus eſt actꝰ nature inq̄ꝫtū eſt idē re ꝙ cōis ſpiratio. Ad ſcdm de ſuppoſitis diſtinctis di/ cēdū ꝙ duobꝫ diſtinctꝭ ꝑ eſſentiaꝫ nō pt ineſſe ꝓꝛietas vna ſꝫ duobꝫ q̄ q̄dem ſūt in eſſentia vnū Ad tertium de Anſ. dōm ꝙ nō intendit dicere ꝙ relatōe pr̄ ꝛ filius nō ſpirēt ſpiritū ſanctū ſꝫ qḋ nō ſolū. ſꝫ eēntia ſub rōne relatōis. Ad ea q̄ in ꝯtrariū opponūt dōm ꝙ ipa vni tas eſſentie nō ē tota cauſa ſpiratōis niſi inq̄ꝫtuꝫ ipa eſt ꝯiūcta tum notiōe ꝯmunis ſpiratōis. h̄ vero nō ē ī ter/ tia ꝑſona. ꝛ ideo nō ꝯuenit ei actus ſpirationis.

D q̄rtū ſic ꝓcedit. videt ꝙ pater ꝛ filiꝰ debeāt dici vnus ſpirator. ſpirator enī dr̄ ab actu ſpi randi. ꝰ ab vno actu ſpirādi debet dici vnus ſpirator. ſꝫ vnus ē actus ſpirandi ī patre ꝛ fi lio. ꝰ ſūt vnus ſpirator. P̄ Tres ꝑſone ab vno actu creādi dicūtur vnꝰ creator. ꝰ due ꝑſone ab vno actu ſpi rādi debent dici vnꝰ ſpirator. P̄ Pater ꝛ filiꝰ dicūt vnū ꝑncipium ſpūſſancti. ſꝫ nō niſi ſpirādo. ꝰ debēt di ci vnus ſpirator. Cōtra q̄cunq̄ꝫ ſpirāt ſūt ſpiratores ſed pater ꝛ filiꝰ ſpirant ꝰ ꝛc̄. P̄ Hyl. dicit ſpiritū ſan ctū ꝓcedere a patre ꝛ filio auctoribꝫ. ſꝫ non ſunt aucto res niſi ꝓut ſūt ſpiratores. ergo pater ꝛ filius non ſunt vnus ſpirator ſpūſſancti ſed plures Rꝰ dōm ꝙ circa hoc eſt duplex opinio Quidā enī dicūt ꝙ pater et filius ſicut dicūtur vnū ꝑncipium ſpūſſancti ita debent dici vnus ſpirator. nō tn̄ vnus ſpirās ſi ſpirās adiectiue te neatur. qꝛ adiectiua recipiūt numerū a ſuppoſitis. ſub ſtantiua aūt a forma ſignificata. vn̄ cuꝫ ſpirator ſit ſub ſtantiuū ſpirans adiectiuum. pater ꝛ filius debēt dici duo ſpirātes ꝓpter pluralitatē ſuppoſitoꝝ. vnus auteꝫ ſpirator ꝓpter vnitatem ꝟtutis ſpiratiue. Et ad auctēꝫ Hyl. reſpondent ꝙ poſuit auctores ꝓ ſpirantibꝫ. ꝛ h̄ dicit Alanus ī regulis theologie. Aliꝫ dicūt ꝙ qꝛ ſpirā di actus ē patris ꝛ filiꝫ aliquo mō vt ſūt plures ido plr̄ debet ꝑdicari vt dicatur pater ꝛ filius ſunt ſpiratores. ſecus autē eſt de actu creādi qui eſt triū ſoluꝫ ſm ꝙ ſūt ī eſſentia vnū. ꝛ ideo pater ꝛ filius dicūtur vnꝰ creator ſed duo ſpiratores. ꝛ ſm vtrāq̄ꝫ opinionē de facili patꝫ reſponſio ad obiecta. Ad primuꝫ actus vnꝰ eſt dōm ꝙ q̄uis ſit vnꝰ tamē ſignificatur vt egrediens a pluribꝫ ſuppoſitis. Ad ſcdm de creatore dōm ꝙ non eſt ſimi le qꝛ actus ille egredit ab eis vt ſunt vnū oīno ſꝫ actus ſpirādi egredit ab eis vt ſunt aliquo mō diſtincti Ad tertium de ꝑncipio dicēdū ꝙ non eſt ſimile. qꝛ ꝑncipiū reſpicit ad rōneꝫ ſpirādi ſiue relatōem q̄ ē vna. ſpirator vero reſpicit ſuppoſita ſiue ꝑſonas q̄ ſunt multe.

DI. XII

Tem q̄ritur ꝛc. Hic

querūtur quattuor. Primo an ſpūſſan ctus ꝓcedat prius a patre q̄ꝫ a filio. Secūdo an ma gis vel plenius ab vno q̄ꝫ ab alio Tertio an eque im mediate ab vtroq̄ꝫ. Quarto an patri ſit attribuenda auctas in ſpiratione ſpūſſancti.

D primuꝫ ſic ꝓceditur. videtur ꝙ ſpūſſanctꝰ prius ꝓcedat a patre q̄ꝫ a filio. Spiritus enī ſanctus ꝓcedit a patre. aut ergo iam nato filio ꝛ ita filius ē prior ſpirituſancto: aut nōdum nato. ꝛ ita ſpūſſanctꝰ ꝑus ꝓcedit a patre q̄ꝫ a filio. qꝛ ia non poteſt ꝓcedere a filio niſi iam nato. P̄ Prius ē cōmune q̄ꝫ ꝓpriuꝫ. ergo qḋ ineſt alicui ſm cōmune priꝰ eſt q̄ꝫ qḋ ineſt ſm ꝓpriuꝫ. ſpirare aūt ſpūſſanctū ineſt pa tri ſm cōmunem notionē cum filio. generare aūt filiuꝫ ſm ꝓpriū. ergo prius ineſt actꝰ ſpirandi q̄ꝫ generādi. ergo ſpiratio ſpūſſancti a patre prior eſt q̄ꝫ generatio fi/ lij. ergo prius ꝓcedit a patre q̄ꝫ a filio. P̄ Pater ē ꝑn cipium de non ꝑncipio. filius ꝑncipium de principio. ſed naturaliter ꝑus agit ꝓducit ꝑncipium ſine princi pio q̄ꝫ ꝑncipium de ꝑncipio. ergo quicq̄d a patre ꝛ filio ꝓcedit. ꝑus ꝓcedit a patre q̄ꝫ a filio Contra Atban. dicit ꝙ in trinitate nihil eſt prius aut poſteriꝰ P̄ In vno non eſt prius aut poſterius ſpūſſanctus procedit a patre ꝛ filio ſm ꝙ ſunt vnum. ergo nō ſm prius ꝛ poſte rius. Rꝰ in diuinis ſm Aug. eſt ſolus ordo nature ſcꝫ ſm originem qua vnus ex alio non ordo ſm prius ꝛ poſterius quo vnū ſit prior altero. vn̄ pater filio aut ſpi rituſancto nullo modo prior eſt nec ecōuerſo. quia ſm naturā vnuꝫ ſūt. ſm ꝓꝛietates ꝑſonales correlatiue ſe habent. relatiua aūt ſūt ſimul natura duratione ꝛ intelle ctu. ꝛ ſic vna ꝑſona nullo modo eſt prior altera ꝛ eadeꝫ ratione ſpūſſanctꝰ nō ꝑus ꝓcedit a patre q̄ꝫ a filio Ad primū aut iam nato dicendū ꝙ non ē diuiſio ſufficiēs quia q̄uis natum ꝛ non natū opponātur ꝯtradictorie non tamen ꝓcedere iam nato filio aut non nato. ſicut q̄uis homo ꝛ non homo opponant cōtradictorie. non tamen eſſe albū hominē aut albū non hominē neutrū ergo danduꝫ. ꝛ eſt ſile ſi dicatur ſplēdor ꝓcedit ab igne aut ergo iam orto calore aut nōdū orto vtrūq̄ꝫ enī fal ſum ē ſꝫ ſimul dū orit. Ad ſcdm ꝑus ꝯmune dōm ꝙ hoc itelligit vbi ꝯmune icludit in rōne ꝓꝛia ſicut ꝑus eſt animal q̄ꝫ homo nō tn̄ albū q̄ꝫ hō. q̄uis albū ſit ꝑus ꝯmunius. Spiratio vero nō icluditur in rōne genera tionis vn̄ non oportet ꝙ ſit prior q̄uis cōmunior. Ad tertiū prius naturaliter agit principiū ſine ꝑncipio di cendū ꝙ verū eſt vbi diuerſa ꝟtus eſt vtriuſq̄ꝫ ꝑncipiū. nō tn̄ vbi vna ē ꝛ eadem.

D ſcdm ſic proceditur. videtur ꝙ ſpirituſſan ctus magis ꝓcedat a patre q̄ꝫ a filio. omnis cauſa primaria plus influit in ſuum cauſatū q̄ꝫ cauſa ſecūdaria. ſed filius ē q̄ſi cauſa ſecū/ daria. pater autem q̄ſi cauſa ꝑmaria. ergo ꝛ ſpūſſanctꝰ magis ꝓcedit a pr̄e q̄ꝫ a filio. P̄ Propter ꝙ vnūq̄ḋq̄ꝫ ꝛ illud magis. ſi ergo ꝓpter patrem ſpirat filius. quia fi lius habet a patre ꝙ ſpiret. magis ſpirat pater q̄ꝫ filius P̄ Spūſſanctus habet a patre ꝙ ꝓcedat a filio ꝛ nō ecōuerſo ꝰ plꝰ habet a patre q̄ꝫ a filio. ergo plus ꝓcedit ab ipo. Contra vbi eſt vnitas ibi non eſt magis ꝛ mi nus. pater ꝛ filius ſunt vnum in ſpirando. ergo vnꝰ nō ſpirat magis altero. P̄ In trinitate eſt ſumma equa litas. ergo non eſt ibi neq̄ꝫ maiꝰ neq̄ꝫ minus Rꝰ q̄uis virtutem ſpiratiuam filius habeat a patre. quia tamē illa vna ꝛ eadeꝫ eſt in patre ꝛ filio tota nō magis ꝓcedit ſpūſſanctꝰ a patre q̄ꝫ a filio nec pleniꝰ ſic filiꝰ nō ē minꝰ deus q̄ꝫ pr̄ a quo accipit deitatē. qꝛ vnā ꝛ eq̄lem accipit Ad ꝑmū de cauſa ꝑmaria dōm ꝙ nec pater nec filiꝰ

ꝓprie eſt cauſa ſpūſſancti: ſ; ꝑncipiū. q2 tamē eſt ad cui⁹ eſſe ſeqtur aliud. i. diuerſū ī eſſentia cū etia; eadem ſit virtus ſpirandi ī vtroq; non tñ vn⁹ coꝝ eſt ꝑncipiū primariū alter ſcðariū. Ad ſcðm ꝓpter qð vnūqðq; tale dðm ꝙ veritatē ꝓpoſitio h; vbi eſt ratio cauſalitatis. h̄ aūt nō eſt ī ꝓpoſito. Ad tertiū ſpūſſanct⁹ a patre dðm ꝙ h̄ n̄ facit. ꝙ pl⁹ hēat a patre q̄ȝ a filio cu; totū eque habet a b vtroq;. ſed ipa ſpiratio aliq̄ mō ꝯpet ad patrē q̄ nō ad filiū. q2 ī filio ē a patre ⁊ nō ecōuerſo.

D tertiū ſic ꝓceditur. videt̄ ꝙ ſpūſſanct⁹ ꝓcedat a patre mediāte filio. illud enī ꝑ qð aliqd ꝓcedit videt̄ eē mediū ī ꝓceſſiōe. ſ; ſpūſſanct⁹ ꝓcedit a p̄re ꝑ filiu;. ḡ ꝓcedit a patre mediāte filio. P̄ Spūſſanct⁹ ē tertia ī trinitate ꝑſona. tertiū vero nō erit a p̄mo niſi ꝑ mediū. ḡ ſpūſſanct⁹ non erit a patre niſi mediāte filio. P̄ Duoꝝ ab eodē ꝑncipio eque ⁊ īmediate ꝓcedētiū. vnu; n̄ eſt ꝑncipiū alterius ſi ḡ filius ⁊ ſpūſſanct⁹ eque īmediate a patre ꝓcedunt filius nō eēt ꝑncipium ſpūſſancti. Cōtra eque īmediate ꝓcedit creat̄a a trib; ꝑſonis ꝓpt̄ vnā virtutē creādi. ḡ ſimplicit̄ ſpūſſāct⁹ a duob; ꝓpt̄ vnā v̄tutē ſpirādi. P̄ Si nō eēt eque īmediata ꝓceſſio nō eēt equalis germanitas. ḡ nec equalis dilectio. R⁹ dðm ꝙ pr̄ ⁊ fili⁹ ſūt ſpiratores ſpūſſancti ꝑ v̄tutē ſpiratiuā q̄ vna ē ī vtroq;. ḡ ꝓceſſio ſpūſſancti ꝯpetur ad virtutem ꝑ ſpiratiuā immediate ab vtroq; ꝓcedit. Si aūt ꝯpetur ad patrē ⁊ filium vt ſunt ſpirantes ſic a patre procedit ſpūſſanctus quodāmodo mediate ⁊ quodāmodo īmediate. mediate qdem q̄tu; ad hoc ꝙ ſpūſſanctus ꝓcedit a filio. hoc enī filius habet a patre. immediate aūt inq̄ꝫtum pater ⁊ fili⁹ ſimul ſpirāt ſpūmſāctu;. ſicut Seth fuit ab Adā ⁊ mediate ⁊ īmediate. mediate qdem inq̄ꝫtū Seth fuit ab Eua q̄ fuit ab Adā. īmediate vero inq̄ꝫtu; eua ⁊ adā ſimul genuerūt ſeth. Ad primū id ꝑ qð aliqd ꝓcedit ⁊c̄. dðm ꝙ verū n̄ ē. na; hec ꝑpoſitio ꝑ notat habitudinem cauſalitatis vel inſtrumenti. ſed hic notat ſolā habitudinē auc̄tis. nihilomin⁹ tñ verū eſt. q2 filius eſt medium vno modo inq̄ꝫtum a patre habet ꝙ ſpiret. Ad ſcðm de tertia ꝑſona dðm ꝙ verū eſt vbi p̄mu; ⁊ ſcðm omnimodo ſūt diuerſa in nullo vnita. ſ; hic pater ⁊ filius ſūt vniti in ſpirādo. Ad tertiū dðm ꝙ veꝝ eſt q̄ ꝓcedūt ab eodē ꝑncipio eodē modo aliter nō. nam eua ⁊ abel ꝓceſſerūt īmediate ab adā tñ abel ꝓcedit ab eua. vel ſ dðm qð falſum eſt. nam creature īmediate ꝓcedūt a deo ⁊ tñ inter eos eſt ordo cauſalitatis.

D q̄rtum ſic ꝓceditur. videt̄ ꝙ reſpectu proceſſionis ſpūſſancti nō ſit aſſignāda patri vl̓ attribuēda auc̄tas. pr̄ enī nō ſe h; ad ꝓceſſionē ſpūſſāncti niſi ꝑ aliquā relatōe; originis q̄ȝ q̄ eſt cōmunis ſpiratio. ſi ḡ in ſpirādo ſpiritūſanctū attribuit̄ patri auc̄tas. videt̄ ꝙ auc̄tas ſit idem qð ꝯmunis ſpiratio. ⁊ ſic nō tm̄ erit patrꝭ ſ; ⁊ filij. P̄ Pater et filius ī ſpirādo ſpm̄ſāctū ꝯueniūt. ſi ergo patri attribuit̄ auc̄tas filio attribuitur ſubauc̄tas. ⁊ ita q̄ꝫtu; ad aliquid filius eēt ſub patre ⁊ inferior eo qð eſt hereticū. P̄ Eadē potentia eſt q̄ pater ſpiritūſanctu; ſpirat et filius. ſi ergo potentia ſpirandi in patre dr̄ auc̄tas pari rōne in filio auc̄tas dicet̄ qð nō ꝯceditur. Contra eſt qð dr̄ in glo. Roma. v. ſup illud charitas dei diffuſa eſt ⁊c̄. in patre inq̄ꝫtum manet auc̄tas. in filio natiuitas. in ſpūſancto ꝯmunitas. R⁹ dðm ꝙ nomen auc̄tis apud nos deſignat primā originē. ille enī dr̄ auctor alicuius ſm̄onis q̄ p̄mo illum inuenit. de ratione autem originis duo ſūt. quoꝝ vnū eſt vt ab ea ſit aliqd. Aliud eſt vt non ſit ab aliquo q̄ꝫuis ergo ī diuinis ꝑſonis nō ſint ꝓus ⁊ poſterius tñ ſm̄ predicta duo nomen auc̄tis ibi cōceditur. a patre nāq; filius ⁊ ſpūſanct⁹ hn̄t qcqd ſunt vel poſſunt vl̓ oꝑant̄. ip̄e vero pater a nullo aliqd habet. ſic ḡ in ſpirando ſpūmſanctu; patri attribuit̄ auctoritas. q2 fili⁹ habet a patre ꝙ ſpiret. pater aūt a nullo. Ad primū ergo dðm ꝙ ī nomīe auc̄tis īcludūtur tres ꝓprietates. dr̄ enī pater auctor in ſpiratiōe ſpūſſancti ſm̄ ꝙ ſpūſſanctus eſt a patre qð ad ꝯmunē ſpiratōe; ꝑtinet. ⁊ iteꝝ ſm̄ ꝙ filius a patre habet h̄ qð ſpiret ꝑ generationē. ⁊ ſic īcludit paternitatē. ⁊ iteꝝ qð pater non h; hoc ab alio qð ꝑtinet ad inaſcibilitatē q̄ꝫuis ergo cōmunis ſpiratio ꝯueniat patri ⁊ filio nō tñ auc̄tas ſpirādi. Ad ſcðm dðm ꝙ qdam vtūtur nomīe ſubauc̄tis in filio ſicut nomīe auc̄tis ī patre. ītelligentes ꝑ ꝑpoſitionē deſignari ordinē originis ⁊ non minoratōis. ſed q2 hoc nomē in vſu ſctoꝝ nō īuenit̄. ⁊ quādā ſubiectionem īmꝑtat. videt̄ ideo alijs eſſe tacendū nec ſeqtur ꝙ ſi in patre ſit auc̄tas ꝙ in filio ſit ſubauc̄tas. q2 auc̄tas nihil dicit qð non ꝑtineat ad originem. ſubauc̄tas aūt īmꝑtat ſubiectionem. Ad tertiū dðm ꝙ q̄ꝫuis eade; potentia ſpirandi ſit ī patre ⁊ filio nō tñ ſm̄ eūdē exiſtētie modū. nā fili⁹ h; eā a patre pater aūt a nullo. ⁊ ideo ī p̄re h; rōne; auc̄tis non autē in filio.

DI. XIII

Oſt hoc cōſiderādu;

eſt ⁊c̄. Hic queruntur q̄tuor. Primo vtrū in deo ſit aliqua ꝓceſſio. Secundo vtꝝ ſit vna vel plures. Tertio q̄liter noiari debeat. Quarto vtꝝ ſpūſſanctus dicatur ingenitus.

D primū ſic ꝓceditur. videtur ꝙ in deo nulla ſit ꝓceſſio. ꝓceſſio enī dicit quēdā motū. ſed ī deo null⁹ ē mot⁹. ergo nec ꝓceſſio. P̄ Proceſſio īmꝑtat ſeꝑatōe; ꝓcedentis ab eo vnde procedit ſed in deo nulla eſt ſeꝑatio. ḡ nec ꝓceſſio. P̄ Omnis proceſſio eſt progreſſio ab alio ī aliud. ſed emanatio rei ꝑ ſe ſubſiſtētis nō eſt vt ī aliud. ergo non eſt ꝓceſſio. talis aūt ē emanatio ꝑſone a ꝑſona. ḡ ⁊c̄. Cōtra Joh. xvj. dr̄ Spūs ꝑaclitus q̄ a patre ꝓcedit. P̄ In aīa eſt imago trinitatis. ſ; ī aīa īuenitur noticia ꝓcedere a mente ⁊ amor ab vtroq;. ḡ eſt ꝓceſſio in diuinis ꝑſonis. R⁹ dðm ꝙ ꝓceſſio dupliciter accipit̄. Uno modo ſm̄ exitū alicui⁹ ab alio. ⁊ ſic effectus dicūtur ꝓcedere a ſuis cauſis ⁊ principia a ſuis ꝑncipijs. Alio modo ſm̄ motū alicuius ī aliquid ſicut dr̄ id qð mouet̄ ſm̄ locum ꝓcedere in locū. ⁊ q2 in deo nō eſt mot⁹ aliqs. ideo ꝓceſſio ſcðo modo deo ꝯuenire nō p̄t niſi ꝑ quādā methaphorā inq̄ꝫtum ſimilitudinē ſuam in alio ꝓducit. ⁊ ſic incipit eſſe ſm̄ ſuam ſilitudinē vbi ꝓus hoc mō non erat. ⁊ ꝑ hunc modū dr̄ ꝓcedere in creaturas. eſt aute; in diuis exitus alicui⁹ ab alio ſicut a ꝑncipio ſm̄ illud Joh. xvj. Exiui a patre ⁊ veni ī mūdū. ⁊ ideo q̄ꝫtum ad hoc vna ꝑſona dr̄ ꝓcedere ab alia. inq̄ꝫtum ē ab ea ſicut a ꝑncipio. Ad primū ꝓceſſio dicit motū dðm ꝙ proceſſus rei a re a qua differt eſſentialiter mot⁹ eſt vel mutatio. ſ; talis ꝓceſſio nō eſt in deo. Ad ſcðm de ſeꝑatione dðm ꝙ h̄ h; locum in ꝓceſſione ꝑ differētiā eſſentialem. Ad tertiū dðm ꝙ ꝓceſſio localis eſt in aliqd ſicut iterū motus. ſed qð ꝓcedit a cauſa nō oꝑtet ꝙ ī alterum ꝓcedat. ⁊ ſic ſumit̄ ꝓceſſio in diuinis ꝑſonis.

D ſcðm ſic ꝓcedit̄. videtur ꝙ tm̄ ī diuinis ſit vna ꝓceſſio. Sicut enī paternitas nomīat ꝓprietatē originis vt a q̄ eſt aliquis ita ꝓceſſio vt q̄ ē ab alio. ſ; ī diuinis nō p̄t eē niſi vna paternitas. ḡ nec niſi vna ꝓceſſio. P̄ In oīb; habētib;

vnam naturā ſpecie eſt vnus modus cōmunicatōis nature. ſed ꝑ ꝓceſſionē ꝑſonaꝝ cōmunicat̃ natura diuina q̄ non tm̄ vna eſt in ſpecie ſed etiā i numero. g nō ē niſi vnus modus ꝓceſſionis i diuinis ℞ Operationes diſtinguūtur ab inuicē penes terminos ⁊ ꝓncipia. ſed proceſſio i diuinis ſemꝑ eſt ab eodē ꝓncipio. q̄ ex ꝟtute nature eius a quo eſt ꝓceſſio ⁊ ad eundē terminū ꝑ ꝓceſſionē acceptū. q̄ ꝑ diuinā ꝓceſſionē ſemꝑ accipit̃ natura diuina. g videt̃ ꝙ nō ſit i diuinis niſi vna ꝓceſſio ℞ Si ſint due ꝓceſſiones aut differūt ex ꝑte eſſentie aut ex ꝑte relacionū. ſʒ nō ꝓmo modo q̄ eſſentia nō diſtinguit̃ in diuinis nec ſc̄do. relatōes eni ſm rōnē itelligēdi cōſequunt̃ ꝓceſſionē. eo eni eſt filius q̄ a patre ꝓcedit. g videt̃ ꝙ nō differāt. Cōtra ſm vnā ꝓceſſionē ē tm̄ vnus ꝓcedens. ſed ſūt due ꝑſone ꝓcedentes. g ⁊ due ꝓceſſiones. R° circa hoc ſūt tres opiniones. Quidam eni dicunt ꝙ ꝓceſſiōes realiter ſeipis diſtinguūt̃. ſicut prime differētie alicui⁹ generis. Sed ꝯtra hoc eſt ꝙ ꝓceſſiones ſignificāt̃ ꝑ modū quorūdā actuū. quoꝝ diffinitionem opꝫ accipe penes ꝓncipia vel penes terminos. Et ideo alij dicūt ꝙ differūt ſm diuerſū modum ꝓceſſionis. q̄ generatio eſt ꝓceſſio nature. reliqua eſt ꝓceſſio volūtatis. Sed ꝯtra hoc eſt ꝙ hec differētia ē differētia rōnis tm̄. natura eni ⁊ volūtas ſūt idem re i diuinis. ꝓceſſiones aūt realiter diſtinguūt̃. Et ideo tertij dicūt ꝙ cū differētia ſola ſm relationē originis faciat realē diſtinctionē in diuinis. ꝓceſſiones autē realiter diſtinguūtur opꝫ ꝙ ꝑ relatiōes originis diſtinguāt̃. ꝓcedē autē ⁊ nō ꝓcedere ſūt differētie originis ſiue ꝓceſſiōis ⁊ ideo q̄ filius ꝓcedit a nō ꝓcedente. id eſt. pr̄e. ſpūſſanctus autē ꝓcedit a ꝓcedente. id ē. filio nō ſolū a non ꝓcedēte. id eſt. patre. ideo ꝓceſſio filij realiter diſtinguit̃ a ꝓceſſione ſpūſſancti. Ad primū nō eſt i diuinis niſi vna paternitas. dōm ꝙ verum eſt. ⁊ ratio hui⁹ eſt quia determinatū modū dicit originis. ⁊ ideo nō poteſt multiplicari ſm diuerſam rōnem originis i diuinis. ſed ꝓceſſio dicit originē in cōmuni. ⁊ ideo pōt ſm duos modos originis determiari. ſcʒ ꝙ ſit ꝓceſſio ab vno nō ꝓcedente ⁊ ꝙ ſit ꝓceſſio a ꝓcedēte ⁊ nō ꝓcedēte. ⁊ ideo nō eſt ſimile. Ad ſc̄dm de cōmunicatōis natura dōm ꝙ q̄uis in creaturis nō poſſit eſſe niſi vnus mod⁹ cōmunicationis vnius nature. pt tamē eſſe i creatore in quo idem volūtas eſt ⁊ natura. ⁊ ideo non ſolū ꝑ actū nature ſed ꝑ actū volūtatis natura cōmunicat̃. Ad tertiū operationes diſtinguunt̃ penes terminos dōm ꝙ ⁊ ſimiliter ꝓceſſiōes. q̄ eſſentia nō ſub rōne eſſentie ſʒ ſub ratione paternitatis vl̃ cōmunis ſpiratōis eſt ꝓncipiū cōmunicatōis nature. ſimiliter natura nō ſm ſe eſt terminus ꝓceſſionis. ſʒ filius q̄ eſt ipa natura. Ad q̄rtū relationes ⁊c̄. dōm ꝙ verū eſt inq̄ztum ſunt relatiōes inq̄ztum tm̄ ſunt ꝓprietates ꝯſtituentes ꝑſonas ſic ꝓcedūt ꝓceſſiones ſm modū intelligēdi.

D tertiū ſic ꝓcedit̃. ⁊ videt̃ ꝙ ꝓceſſio amoris generatio debeat dici. generatio eni eſt mot⁹ ad ſubam. ſʒ ꝓceſſio ē act⁹ ad ꝓducēdū ſubaʒ. ſcʒ ypoſtaſim. ſſ. g et generatio ℞ Dam. dicit generare eſt ō ſua ſuba ſibi ſīlem in ſua natura ꝓducere. ſed ꝑ ꝓceſſionem. ſſ. ꝓducitur ex ſuba patris ſimilis ei in natura g ꝓceſſio debet dici generatio. ℞ Sicut fili⁹ habet ſpecialē modū ꝓcedendi. ita ⁊ ſpūſſanct⁹ ſpecialis aūt modus originis filij deſignat̃ noīe generationis. nō autē nomīe ꝓceſſionis. g etiam aliq̄ noīe ſpeciali deſignat̃ ꝓpri⁹ modus originis ſpūſſancti. g origo ſpiritusſancti nō debet dici ꝓceſſio. Cōtra q̄cquid ꝓcedit ꝑ modū generatiōis ꝓcedit vt genit⁹. ſʒ ſpūſſanct⁹ nō ꝓcedit ꝑ modū generatiōis vt genit⁹. g non ꝓcedit ꝑ modū generatōis. R° dōm ꝙ ſpūſſanct⁹ ꝓcedit vt amor. ꝓceſſio aūt amoris inq̄ztum hmōi nō eſt in ꝯformitate nature. Sic eni vbicūq̄ eſſet amoris ꝓceſſio inueniret̃ nature ꝯformitas qd̄ ꝑꝫ in nobis eē falſū. Cū autē ſpūſſancti ꝓceſſio fit in ꝯformitate nature h̄ eſt inq̄ztum ꝓcedit vt amor diuin⁹. q̄ in deo non pt eē aliq̄d diuerſum a ſua natura ſic g ꝓceſſio ſpūſſancti ex ratiōe modi ꝓcedēdi nō dicit ꝯformitatē nature. quā impꝑtat generatio filij ex rōne generatōis. ⁊ ideo ſpūſſancti proceſſio dici nō debet. ſicut nec ſpūſſanctus debet dici filius q̄uis ſit ab alio. Ad ꝓmū dōm ꝙ ꝓceſſio ſpūſſancti nō habet ꝙ ſit ad ſubam inq̄ztuʒ eſt ꝓceſſio amoris ſʒ ſolum inq̄ztum ē ꝓceſſio amoris diuini. Et ſimiliter dōm ad ſc̄dm. Ad tertiū dōm ꝙ q̄uis hoc nomen ꝓceſſio ſit cōmune ad generatōem filij ⁊ ad ꝓceſſionē ſpiritusſancti. m̄ ſpūſſancti ꝓceſſio nomē cōmune ſibi appropriat eo ꝙ differētia quā addit ſpūſſancto ꝓceſſio ſupra cōmunē ꝓceſſionē nō pt nr̄o nomīe deſignari cū nihil in creaturis inueniat̃ ꝓcedere vt amor ꝙ ſit ꝑſona ſubſiſtens hn̄s cōplete naturā ſui principij. noīa eni imponimus ſm ꝙ in rebus creatis inuenimus q̄ noſtre cognitioni ꝓmo occurrūt.

D q̄rtum ſic ꝓceditur ⁊ videt̃ ꝙ ſpūſſanctus dicat̃ ingenitus. dicit eni Dam̄. ꝙ ingenitus vno modo idē eſt ꝙ increatus. ſʒ tres ꝑſone ſunt increate. g ingenite. ℞ Hiero⁹ dicit i lr̄a ſpūſſanctus pater nō eſt ſʒ ingenitus atq̄ nō fact⁹. ℞ Ingenitū relatōeʒ nō dicit q̄ ſic eſſentia non diceret̃ ingenita. g videt̃ ꝙ ſit de abſolutis ſed abſoluta cōueniūt trib⁹ ꝑſonis g ingenitū ꝯuenit ſpūſancto Cōtra eſt qd̄ in lr̄a dr̄ ꝙ ſolus pater dr̄ ingenit⁹. R° ingenitū pt dupliciter accipi vel ꝓuatiue. ⁊ ſic non cadit i diuinis. q̄ priuatio defectū impꝑtat cum ſit ei⁹ qd̄ natum eſt haberi ⁊ nō habet̃. vel negatiue ⁊ hoc dupliciter. vl̃ in genere aliquo determinato vel ſimpliciter ſiue extra genus. ꝓmo modo relinq̄t aliquid ſcʒ eſſe ab alio ꝑ generationē ſolum ⁊ ſic ꝯuenit ſpūſancto. Sc̄do modo nihil relinq̄t. vnde tollit eē ab alio ſimpliciter. Sʒ h̄ ē dupliciter. vl̃ quia eſt negatio pura ⁊ ſic ꝯuenit diuine eſſentie q̄ non ē ab alio nec aliq̄d ab ipa vel negatio fundata ſuꝑ ꝯtrario ſcʒ ſuꝑ hoc qd̄ ē oīa eſſe ab illo. ⁊ ſic ꝯuenit patri. Ad primū de Dam̄. dōm ꝙ equiuoce accipit̃ ibi ingenit⁹ ſicut equiuoce dr̄ generatio de creatōe ⁊ ꝓductione de ſuba. Ad ſc̄dm de Hiero. dōm ꝙ ingenitū accipit negatiue negatione in genere exiſtentis ab alio Ad tertiū ingenit⁹ nō dicit relatōem dōm ꝙ ſm qd̄ ꝯuenit patri ſic dicit aliquā relatōem. q̄ notōeʒ patris. ⁊ ſic non ꝯuenit eſſentie. ſm aūt ꝙ ꝯuenit eſſentie ⁊ ſpūſancto nō dicit aliquaʒ notionē nec ē aliq̄d de abſolutis. q̄ ſic ꝯueniret etiā filio. ſʒ remouet notionē quādam ſcʒ generationē paſſiuā.

DI XIIII

Preterea diligéter ⁊c.

Hic q̄runtur q̄nq̄. Primo vtrum ſit aliqua tꝑalis ꝓceſſio ſpūſſancti. Sc̄do vtrū tꝑalis ꝓceſſio ponat i numeꝝ cū eterna Tertio vtrū in ꝓceſſione ſpūſſancti tꝑali. det̃ ipſe ſpūſſanctus vel tm̄ eius dona. Quarto in q̄b⁹ donis det̃. Quinto vtrū ſpūſſanct⁹ det̃ a viris ſanctis.

D primū ſic ꝓcedit̃ ⁊ videt̃ ꝙ nō ſit aliq̄ ꝓceſſio ſpūſſancti tꝑalis. Non eni eſt ponē tꝑalē generationē filij niſi rōne nat̃e aſſūpte i idēptitate ꝑſone. ſʒ ſpūſſanctus nullā naturam aſſumpſit in idēptitate ꝑſone. g nō debet aliq̄ eius proceſſio tꝑalis dici. ℞. Proceſſio ſpūſſācti ⁊ eiuſdem

ſpiratio ſūt idem. ſ; nō eſt ſpiratio tp̄alis ḡ nec ꝓceſſio.

¶ Spūſſancti ꝓceſſio ſiue actiue ſiue paſſiue intellecta eſt opatio dei. ſ; ſm p̄bm ſuƀa dei ⁊ oīs opatio ci⁹ ē in momēto eternitatis nō ḡ in tpe. Cōtra ſpūſſanct⁹ nō habet̃ niſi vt ꝓcedēs a patre ⁊ filio. ſed ꝯtingit ipm̄ habeꝛi ex tpe. ḡ et ipm̄ ꝓcedere ex tēpoꝛe. ¶ Donum ꝓcedit a dāte in recipiētem. ſed ſpūſſanctus datur ex tēpoꝛe ⁊ recipit̃ ḡ ⁊ ꝓcedit ex tēpoꝛe. ℞⁰ q2 ſpūſſanctus ꝓcedit p̱ modū amoꝛis. ideo ꝓcedit p̱ modu; tēdentis ī aliud. ḡ ſpūſſancti ꝓceſſio duplicē habet ꝯpationem ⁊ ad id a quo ꝓcedit. ⁊ ad id in quod ꝓcedit. Quātu; ad p̄rimā ꝯpationē ꝓceſſio ſpūſſācti ſemp̱ eſt eterna. quia eternaliter ꝓcedit a patre ⁊ filio. Quātū ad ſcd̄am ꝯparationē diſtinguēdū ē. Nā dupliciter dicit̃ ſpm̄ſanctū in aliq̄d ꝓcedere Uno modo in obiectū amoꝛis qui eſt ſpūſſanctus. ⁊ ſic ab eterno ꝓcedit a patre ī filium in q̄ etiā oēs ſancti amātur inq̄ʒtum ſūt membꝛa ci⁹ Alio modo q̄ʒtum ad effectū amoꝛis ꝯ quē ſpūſſanctus ī aliquo eſſe d2. ⁊ ſic dicit̃ ꝓcedere ī ſanctos. vū cum effect⁹ ſit tp̄alis ⁊ ꝓceſſio ex hac p̄te erit tēpoꝛalis abſq; vlla. ſſ. mutatiōe. Ad p̄rimū de generatiōe filij dōm q̄ non ē ſimile. q2 generatio filij dicit reſpectū ad illum a quo ē. ſed ꝓceſſio ſpūſſancti nō tm̄ dicit reſpectu; ad illud a q̄ ē. ſed ad illud ad qd̄ eſt qd̄ p̄t eſſe tēpoꝛale. et ideo nō eſt ſimile. Ad ſcd̄m de ſpiratiōe dōm q̄ q̄ʒuis ſpiratio ⁊ ꝓceſſio ſint idem ī re. tn̄ ſpiratio dicit reſpectū ad id a q̄ eſt tm̄. ꝓceſſio vero ad illud a quo ē ⁊ ad illud ad qd̄ eſt ⁊ ideo p̄t ꝓcedere tp̄aliter ſpūſſanctus q̄ʒuis nō ſpirari tēpoꝛaliter Ad tertiū de opatione diuina dōm q̄ nec ꝓpter actiuā ꝓceſſionē nec ꝓpter paſſiuā dicit̃ ꝓceſſio tēpoꝛalis. ſed ꝓpter effectū tp̄alem.

D ſcd̄m ſic ꝓceditur ⁊ videtur q̄ ꝓceſſio tēpoꝛalis ꝯnat in numerū cum eterna. tēpoꝛale eni ⁊ eternū nō poſſūt idem eſſe in eſſentia. ḡ nec ꝓceſſio tp̄alis ⁊ etna. ḡ diſtinguūt̃ et vna ponit ī numeꝝ cū alia ¶ Quecūq; hn̄t oꝛdinē ⁊ diſtinctionē n̄ ſūt vnū numero. ſ; ꝓceſſio eterna ⁊ tp̄alis hn̄t oꝛdinē q2 etna prioꝛ ē ḡ ⁊ diſtinctionē ⁊ ſic idē qd̄ p̄us. ¶ Idē nō eſt ſignū ſuip̄ius. ſ; ꝓceſſio tp̄alis ē ſignū eterne. ḡ tp̄alis ⁊ eterna nō ſunt idē; . ⁊ ita ponūt in numerū. Cōtra ꝓceſſio tp̄alis addit reſpectū tp̄ale; ad ꝓceſſionē eternā ſed reſpect⁹ hm̄ōi cu; nō ſit realis ex p̄te ꝓcedentis nihil variat ī re. ḡ eadem eſt ꝓceſſio eterna ⁊ tēpoꝛalis. ¶ Sicut differt a p̄te ſolis lucere et illuminare. ſic a p̄te. ſſ. ꝓcedere eternaliter ⁊ ꝓcedere ad ſanctificationē creature. ſ; lucere ⁊ illuminare nō differūt in ſole realiter. ḡ ꝓcedere eternaliter ⁊ tp̄aliter non differūt realiter in ſpūſſancto. ℞⁰ ꝓceſſio tēpoꝛalis ⁊ eterna ſpūiſancto ꝯpate ad id a quo ſunt eſſentialiter idem ſūt. ſed p̱ ꝯpationem ad id ad qd̄ ſūt cū ꝓceſſio tēpoꝛalis addat ſupꝛa ꝓceſſionē eternā quēda; reſpectū tēpoꝛalem q̄ nō eſt eſſentialiter ſiue realiter in ſpūſācto ſed in creatura tēpoꝛali. ⁊ ideo differt a ꝓceſſione eterna q̄ʒtum ad illum reſpectū ſ; nō realiter ex p̄te ſpūſſancti. ⁊ ſic ponit ī numero cum eterna. Ad p̄rimā tēpoꝛale differt ⁊c̄. dōm q̄ eterna ꝓceſſio nō eſt idem cu; tēpoꝛali q̄ʒtum ad id qd̄ tēpoꝛale eſt. Ad ſcd̄m de oꝛdine dōm q̄ nō habēt oꝛdinē niſi rōne effectus ꝯnotati ſiue noui reſpect⁹. ⁊ ſic differūt. Ad tertiū de ſigno dōm q̄ tp̄alis d2 ſignū eterne rōne effect⁹ ꝯnotati effect⁹ eni eius ē amoꝛ gratuit⁹ q̄ eſt ſilitudo q̄dā amoꝛis increati q̄ eſt. ſſ. ⁊ p̱ ꝯſequens ſignū eius ⁊c̄.

D tertiū ſic ꝓceditur ⁊ videt̃ q̄ ſpūſſanct⁹ nō detur ſm ſui ſuƀam ſm p̄bm. de⁹ eodē modo h2 ſe ad oīa l; nō oīa eode; modo habeant ſe ad ipm ſ; ſi ſm ſuƀam daret̃ alicui modo cui nō p̄us dat⁹ erat alio modo ſe haberet ad illu; q̄ʒ p̄us. ergo ſm ſuƀam alicui nō datur. ¶ Cū aliq̄s iuſtificat̃ p̱ gratiam nihil eſt ī eo qd̄ p̄us nō fuerit niſi ſola gratia. ḡ nō datur ei. ſſ. ſm ſuƀam. imo ſolu; quo ad ei⁹ dona. ¶ Qd̄ ſm ſe ē vbiq; ſm ſe nūq̄ʒ poteſt ꝓcedē ſ; ſpūſſanct⁹ ſm ſe ī oī creatura eſt ḡ ſm ſe ī nulla; creaturā poteſt ꝓcedere. Cōtra Roma. v. dicit̃. charitas dei diffuſa eſt ī coꝛdibus noſtris p̱. ſſ. q̄ datus eſt nobis. ḡ ⁊ vtrūq;.

¶ Spūſſanct⁹ ꝑſonaliter eſt donū. ſed donū d2 ex eo q̄ datur vt dicit Aug⁹ ḡ ꝑſonaliter datur Iuxta h̄ q̄ritur vtrū q̄d detur p̱ p̄us. ſſ. an donu; eius. ℞⁰ dicendū q̄ ad hoc aliq̄d datur vt habeat̃. habet̃ aūt aliq̄d p̱ aliquē modū vnionis ſicut habet̃ veſtimētū vel albedo. homo aūt quādo iuſtificat̃ non ſolū vnit̃ dono dei qd̄ foꝛmaliter ī anima recipit̃. ſed ipi deo p̱ cognitione; ⁊ amoꝛē actualiter vel habitualiter. q2 qui adheret deo vnus ſpūs eſt. j. Coꝝ. vj. ille ergo qui iuſtificat̃ nō ſolū habet donū. ſſ. ſed ipm. ſſ. ⁊ ſic nō ſolum donū. ſſ. datur ſed ipe. ſſ. Ad p̄rimū dōm q̄ in hoc q̄ ſpūſſanct⁹ datur vel habet̃ in. ſſ. non eſt aliqua relatio ſm rem ad creaturam ſed ſm rōne; tm̄. ī creatura autē ſm rem. ⁊ ido ratio non ſeq̄tur Ad ſcd̄m dōm q̄ l; ſpūſſanct⁹ fuerit in iuſtificato ante iuſtificationē aliquo modo nō tamē fuit in eo vt ab ipo habit⁹ ſicut nō dicimus q̄ lapis habeat. ſſ. q̄ʒuis ſit ī eo p̱ eſſentiā p̄ſentiā ⁊ potētia; ⁊ ideo quādo incipit eē in homīe vt ab eo habitus tūc dicit̃ ſibi dari. Ad tertiū q̄ ſpūſſanctus eſt vbiq; ſ; nō vt habitus ab vnoquoq;. Ad id qd̄ vltimo queritur q̄d p̱ p̄us detur. dōm q̄ ſimul tpe dant̃ donū creatū ⁊ increatum. nō tamē natura poſſūt eni hec duo dona ꝯſiderari vel ex p̄te recipiētis. ⁊ ſic cu; donū creatū ſit. diſpoſitio ad recipiēdum donū increatū. p̱ p̄us datur donū creatū q̄ʒ increatū. Si autē ꝯſideretur ex p̄te dātis cu; donum increatū qd̄ eſt amoꝛ q̄ dicit̃ ſpūſſanctus ſit ratio q̄re dans det alicui donū creatum p̱ p̄us datur donū increatū q̄ʒ creatum.

D q̄rtu; ſic ꝓceditur. ⁊ videtur q̄ in oī dono detur. ſſ. dona eni poſterioꝛa nō dātur ſine dono prioꝛi qd̄ eſt ratio dādi alia dona. ſ; ſpūſſanctus eſt donū p̄rimu; ⁊ ratio dādi nō tm̄ dona gratū faciētia ſed gratis data. ḡ non dātur ſine ipo. ⁊ ita datur cum illis. ¶ Dari tēpoꝛaliter ſpiritū ſanctū nihil aliud eſt niſi eū nouo modo eſſe ī creatura ſm quē p̄us nō fuerat ſed p̱ qd̄libet donū gr̄e ſiue gratis date ſiue gratū facient̃. nouo mō ē ī creatura. ḡ p̱ qd̄libet donū. ſſ. tēpoꝛaliter dat̃ creature. ¶ In oī creatura eſt. ſſ. ſed q̄libet donū ei⁹ ē q̄dā creatura ergo ī quolibet dono datur ſpūſſāc⁹. Cōtra Sap̄. j. Spiritus ſanct⁹ diſcipline effugiet fictū. quicunq; aūt caret gratia gra. fa. p̱ ficto habet̃: ergo talem fugit. ḡ ei nō datur. ¶ Cui datur. ſſ. eius fit ſed nō fit niſi bonoꝛū. ḡ nō datur niſi bonis. ℞⁰ dōm q̄ ſpūſſanct⁹ dicit̃ dari alicui vl' ꝓcedere in aliquē ſm q̄ nouo modo incipit eſſe ī eo. modi aūt q̄bus deus eſt ī creatura diſtinguūt̃ ſm diuerſos modos q̄bus creatura creatoꝛi vnitur qd̄ q̄dem cōtingit tripliciter. Uno mō ſicut effectus cauſe efficiēti cuius ſilitudinem gerit. ⁊ ſic ē mod⁹ cōmunis put eſt in oībus p̱ eſſentiā p̄ſentiam ⁊ potentiam. Alio mō ſicut obiectū opatiōis inq̄ʒtū creatura cognoſcit ⁊ amat creatoꝛē. ⁊ ſic d2 eſſe ī ſanctis Tertio mō q̄ʒtu; ad eſſe ī vna ꝑſona. ⁊ ſic d2 diuinitas eē ī xp̄o. illa ergo dona ſolū q̄ faciūt cognoſcere ⁊ diligere deum que ſūt dona gr̄e gratū faciēt; faciūt deū nouo mō eē ī nob. ⁊ ido ſm illa tm̄ dicūt̃ fili⁹ ⁊ ſpūſſanct⁹ ī nos ꝓcedere vl' mitti ad nos vel dari nobis. na; ſm oīa alia dona nō alio modo eſt in nobis q̄ʒ p̱ eſſentiā p̄ſentiā ⁊ potētiā. Ad

primũ ḡ dõm ꝙ dona poſteriora dãtur ꝑ ṽtutem prioris poſſũt tamen dari ſine hoc ꝙ primũ donũ dei ⁊ ſic omĩa dona dãtur ꝑ ṽtutem ſpũſſancti nõ tamen oportet ꝙ i omnib⁹ ſpũſſanct⁹ det. Ad ſcõm dõm ꝙ obiectio ꝓcedit ex falſo nõ eni ꝑ quodlibet donum ſpũſſ. nouo mõ eſt in homĩe vt dictũ eſt. Ad tertiũ dõm ꝙ ratio illa ꝓbat ꝙ ſpũſſanct⁹ ſit vbicũqȝ eſt donũ eius ꝑ eſſentiã ꝑſentiam ⁊ potẽtiã qḋ qdeȝ verũ eſt. ſed hoc nõ ſufficit ad hoc ꝙ ſpũſſanct⁹ dicat̃ hoĩ dari ſic etiã daret̃ lapidi qñ fit alb⁹. qꝛ ſimĩ modo ẽ in albedine.

D qntum ſic ꝓceditur ⁊ videtur ꝙ ſpũſſanct⁹ det a viris ſanctis. qꝛ remiſſio peccatoꝝ non fit niſi ꝑ ſpiritũ ſanctũ ſȝ viri ſancti remittũt peccata. Joh. xx. quoꝝ remiſeritis peccata ⁊c̃. ḡ poſſunt dare ſpm̃ ſãctũ. ¶ Efficati⁹ ẽ lumẽ ſpũale q̃ȝ corꝑale ſed corpus illuminatũ corporali lumine põt aliud illumĩare. ḡ multomagis homo illumiat⁹ lumĩe ſpirituali põt aliũ lumĩe ſpirituali illumĩare ergo ⁊c̃.

P. Boeti⁹. dicit in li. d duab⁹ na. indiuiduas ſubas ideo greci ypoſtaſes vocauerũt. quia accidẽtib⁹ ſuppoſite ꝛ ſubiecte ſunt. ſ ī deo nõ eſt aliqđ accidẽs. ergo ꝛc̃. Cõtra omē qđ eſt pfectum deo eſt attribuẽdum. ſed hoc nomē ypoſtaſis ſignificat pfectum in genere ſube. ğ ꝛc̃. P Aug⁹ dicit li. de trini. ꝙ eadem rõne greci dicunt tres ypoſtaſes q̃ nos tres pſonas. ſed ſm nos nomen pſone ꝯmuniter ponit in diuis. ergo ꝛ ſm grecos hoc nomē ypoſtaſis. Rº dõm ꝙ ꝗuis hoc nomē ſubſtantia in latino reſpõdere videatur huic nomī ypoſtaſi in greco. nõ tamē oīno idem ſignificat ſm vſum vtriuſqꝫ lingue. nam ħ nomen ypoſtaſis apud grecos ſignificat tm̄ ſubam pticularē que eſt ſuba ſcḋa vt p boe. ptꝫ ſed latini vtunt hoc nomine ſube tam p pma q̃ꝫ p ſcḋa. Suba autē pticularis nihil aliud eſſe videtur q̃ꝫ q̃d diſtinctum ſubſiſtens. cum ğ ī diuinis īueniatur aliqđ diſtinctũ ſubſiſtẽs vt ex p̄dictis ptꝫ recte ibi nomē ypoſtaſis dici poteſt ſm ꝙ diuina vbis hũanis ſignificari cõtingit. Ad primũ dõm ꝙ Hiero⁹ dicit in hoc nomie venenũ ſub melle latere, pter abuſuꝫ huius nois. Nã heretici apud latinos verum hui⁹ vocabuli ſignificatiõnē ignorãtes introducebãt hoc nomē ac ſi idē ſignificaret oīno qđ hoc nomē ſuba vt ſic ex plitate ypoſtaſis pluralitatē introducerēt eſſentiaꝝ. naꝫ hoc nomē ſuba apđ latinos eēntiã ſignificat. ſic ğ ħ noīe ypoſtaſis dr venenoſũ. non pter veram ſignificationeꝫ nomis. ſed pter eius abuſum. Ad ſcḋm dõm ꝙ ꝗuis ī diuinis nõ ſit vniuerſale ꝛ pticulare ē tñ ibi cõmunicabile ꝛ icõmunicabile. cõmunicabile aũt nõ ſufficit ad rõnem generis vel ſpeciei ſicut incõmunicabile ſubſiſtẽs ad rationē ypoſtaſis. ꝛ ideo lꝫ ī diuis nõ ſit gen⁹ vel ſpẽs ſube ē tñ ypoſtaſis. Ad tertiuꝫ dõm ꝙ q̃ꝫuis ī diuis nõ ſit accidẽs ſũt m̄ ibi ꝓprietates q̃ ſignificãt ibi quodãmodo p modũ accidẽtiũ. ꝛ ido inq̃ꝫtũ diuine pſone eis ſubſunt ypoſtaſes ſunt.

Ultra ħ q̃ritur vtꝝ ī diuis ypoſtaſis dicat ſolũmodo abſolutũ. dõm ꝙ ħ nomē pſona nõ differt ab hoc noīe ypoſtaſis niſi ꝙ addit determinatã naturã qđ patꝫ ex hoc ꝙ ypoſtaſis ſm boe. ē indiuidua ſuba. pſona vero indiuidua ſuba rõnalis nature. ypoſtaſis ğ in rõnali natura accepta nihil aliud ē q̃ꝫ pſona. ſicut animal cuꝫ rõnali actu nihil aliud eſt q̃ꝫ homo. vñ cum diuina natura ſit rõnalis largo mõ accipiendo rõnem p quolibet itellectuali optet ꝙ ypoſtaſis diuina ſit idē ꝙ pſona diuina. qꝛ ħ qđ ſupaddit in intellectu pſone ſupplet p additiõem ſicut ğ hoc nomē pſona in diuinis ſignificat relationē p modum rei ſubſiſtẽtis ſic ꝛ hoc nomē ypoſtaſis.

Einde queritur de ꝓprietatib⁹ ꝛc̃.

Et circa ħ q̃rũt tria. Primo vtrũ relatiões ſint ī diuis. Secũdo vtrũ p eas tm̄ pſone diuine diſtinguãtur. Tertio vtrũ ſolis relationibus originis.

D primũ ſic pcedit ꝛ videt ꝙ relatões nõ ſint ī diuinis. ğ quicquid eni eſt ī deo p̄dicat de ipo ſꝫ ad aliqđ oīno nõ p̄dicat vt dicit Boe. in li. d tri. ğ ꝛc̃. P Ubicũqꝫ ē relatio ſm rem ibi ē aliquã dependentia. relatiua eni a ſeinuicē dependent ſed ī deo nulla ē dependẽtia. ſi eni ab aliq̃ depẽderet nõ eēt neceſſe eē p ſeipm ğ ī deo nulla eſt relatio. P Qđ aduenit alicui ꝛ recedit abſqꝫ ſui mutatõe nihil ponit ī re. ſꝫ relatio eſt hmõi. nam abſqꝫ oī mutatiõe poſſum alicui fieri dexter ꝛ ſiniſter. ğ relatio nec ī deo nec ī aliq̃ re ponit aliqđ. Cõtra in deo vera paternitas īuenit ex q̃ etiã oīs paternitas ī celo ꝛ ī terra noiat. vt dr Eph. iij. ſed paternitas q̃dam relatio eſt ğ ꝛc̃. P Fides catholica ī deo plẽs pſonas ꝯfitet. ğ ꝛ pſonaꝝ diſtinctiõꝫ qꝛ vbi nõ eſt diſtinctio nõ eſt numer⁹. ſꝫ nihil abſolutũ ē ibi diſtinctũ. ğ neceſſe ē ibi ponē relatões. Rº dõm ꝙ ſm oēs catholicos neceſſe ē ī diuinis relatões ponere. alias neceſſe ē incidere ī hereſim arrij vel ſabellij. nã cum tres pſonas ꝯfiteamur ī deo ſi eas ſm aliquid abſolutũ diſtinguam⁹. ꝛ ibi oīno relatões non recipiam⁹ in hereſim arrij labimur qui eſſentiã diuidebat. Si vo relatões ibi nihil ſm rem ponere accipiam⁹. ſequit hereſis ſabellij q̃ pſonas nõ realiter ſed ſolũ nõialiť diſtinguebat. neceſſe eſt ergo relatões realiter ponere ī diuis. Sciẽdum m̄ ꝙ relatio dupliciter pt ꝯſiderari. Uno modo q̃ꝫtum ad id ad qđ dr ex quo rõem relatõis hꝫ et q̃ꝫtum ad hoc nõ habet qđ ponat aliquid q̃ꝫuis etiaꝫ ex hoc nõ habeat ꝙ nihil ſit. Sũt eni q̃dam reſpect⁹ qui ſunt aliquid ſm rem. Quidã vero qui nihil qđ in alijs generib⁹ nõ inuenit. Alio modo q̃ꝫtum ad id in quo eſt ꝛ ſic qñ habet cauſam ī ſubo realiter ineſt. ꝛ ipe reſpect⁹ eſt realis. Qñ vero nõ habet cauſam ī ſubo ſed in realia vel ī ſola rõne tũc nõ eſt reſpectus realis ſed rõnis tm̄. Sic ğ relatões ī deo reſpectus reales ſunt. qꝛ reſpiciũt ipam eſſentiã cõmunicatã. Ex ꝯſideratõe autē hac duplici relatõis diuerſe pceſſerũt opiniones q̃buſdã dicẽtibus relatiões aliquid eē. q̃buſdam vero ꝙ nihil. qđ ſi eſſet vſqꝫquaqꝫ verum relatio gen⁹ entis nõ eēt. nec pſone diuine realiter diſtinguerẽtur. Ad primuꝫ ğ dõm ꝙ boe. loquit de relatiõe ſm primam ꝯſideratõeꝫ ex q̃ nõ habet ꝙ aliquid p̄dicet. Ad ſcḋm dõm ꝙ rõ illa ſequeret ſi diceret deus dependere ad aliqđ ſm eſſentiã diuerſam. Ad tertiũ dõm ꝙ cum aliqđ refert p reſpectũ realē q̃ꝫuis altero mutato ei adueniat vł abſcedat actualis reſpectus ſine ſui mutatõe. nõ tamē radicaliter ſiue cauſaliter. qꝛ ꝛ ſi deſtruat ille cui ſum equalis vt ſic actu eq̃lis ſibi eſſe nõ poſſim m̄ adhuc ī me manet q̃ꝫtitas rõne cui⁹ adhuc equalis eſſem ſi aliter a priſtina diſpoſitõe nõ receſſiſſet.

D ſcḋm ſic pcedit ꝛ videt ꝙ relationib⁹ pſone diuine non diſtinguãtur pſona ſignificat ſubam indiuiduã rõnalis nature. ſꝫ ſubalis diſtinctio non fit p relatões ſiue p quaſcunqꝫ ꝓprietates. ğ relatões oppoſite nõ ſufficiẽter diſtinguũt pſonas. P Simpliciſſima ſeipis diffiniũt ꝛ diſtinguũtur. ſed diuie pſone ſũt ſimpliciſſima. ergo nõ relationib⁹. ſed ſeipis diſtinguũt. Cõtra boeti⁹ dicit ꝙ in diuinis ſola relatio multiplicat trinitatē. ſꝫ ab eodem eſt multiplicatio ꝛ diſtinctio. ğ ſola relatio eſt pncipiuꝫ diſtinctiõis ī diuinis. Rº dõm ꝙ circa hoc ē duplex opinio. Quidã eni dicũt ꝙ relatões nõ diſtinguũt ypoſtaſes diuinas. ſed notificãt diſtinctões eaꝝ que ſeipis diſtinguũtur. Sꝫ ħ nõ videt verum. naꝫ ypoſtaſis aut ſignificat aliquid abſolutũ tm̄. ꝛ ſic nullo modo diſtingui pt. aut ſignificat relatõeꝫ tm̄. ꝛ ſic ypoſtaſes a ſeipis diſtingui nihil aliud ē q̃ꝫ relationib⁹ diſtingui pſonas diuias. aut ſignificat vtrũqꝫ. ꝛ ſic ptꝫ ꝙ cũ ñ diſtinguit q̃ꝫtũ ad aliqđ abſolutũ remanet ꝙ diſtinguit q̃ꝫtum ad relatões tm̄. ꝛ ideo remanet ꝙ ſola relatio ſit ī diuinis diſtinguẽs vt alij dicũt. ꝛ huius rõ eſt. qꝛ omis alia diſtinctio imꝑfectionem imꝑtat ī altero diſtinctoꝝ. aut ī vtroqꝫ. naꝫ alia ē diſtinctio ſm materiã ꝛ q̃ꝫtitatē. ꝛ ſic ī vtroqꝫ ponit ꝑtialitatē. vel eſt ſm oppoſitiõeꝫ formalē. q̃ q̃dem ſi attẽdatur ſm affirmatiõem ꝛ negatiõem vel priuatõem ꝛ habitũ ꝯſtat ꝙ ī altero ponit defectũ. Similiter ſi attẽdat ſm ꝯtrarietatem. nam alterum horũ ꝯtrarioꝝ ſemꝑ eſt imꝑfectũ ſm phm. ꝛ q̃ſi priuatio reſpectu alteri⁹ ſic nigrũ reſpectu albi. ſola autē oppoſitio

relationis pōt eſſe ſine imꝑfectōe ex vtraq; parte. nã ꝗꝛ cū
in deo nulla ſit imꝑfectio ꝑ ſolam relatiōem poteſt eſſe
in diuinis diſtinctio. Ad primū dicendū ꝙ rō illa ꝓ
cedit in creaturis in qbus relationes ſūt accidētia. nō
aūt in diuinis in qbus habent eſſe ſubale vt dictum ē.
Ad ſcōm dōm ꝙ ypoſtaſes vel perſone ſeipīs diſtin=
guūtur ⁊ tamē diſtinguūtur relationibꝫ. quia ipe rela=
tiones ſubſiſtentes ſunt ypoſtaſes vel perſone Juxta
hoc q̄ritur verum ſolum relatiōibꝰ originis diſtinguā
tur ꝑſone diuine. R. dōm ꝙ ꝑſone diuine nō poſſūt
diſtingui ꝑ alias relatōes q̄ꝫ ꝑ relatiōes originis. Cuiꝰ
ratio ē qꝛ oīs relatio vel eſt idēptitatis vel eq̄litatis et
ſiītudinis. vel eſt diuerſitatis. vt ineq̄litas ⁊ diſſimili
tudo. nulla aūt relatio idēptitatis pōt eſſe diſtinctiōis
ꝑncipium. ſꝫ talis relatio diſtinctōem ꝑſuppoſit. eq̄li=
tas eni n̄ diſtinguit equalia ſꝫ magis vnit. lꝫ non poſſit
eſſe niſi diſtinctoꝝ. relatio vero diuerſitatꝭ eſt vno mō
ſm aliud habere ſicut cū diſſimilia dicunꝶ inq̄ꝫtum di=
uerſas habent q̄litates. dextrū ſiniſtrū inq̄ꝫtum hn̄t di
uerſos ſitus. hoc aūt nō poteſt eſſe in diuīs qꝛ ſic diſtin
ctio relationis importaret diſtinctōem abſolutoꝝ q̄ ad
eſſentiā ꝑtinent. Alio modo eſt relatio diuerſitatis ſm
ꝙ alio ordine habeꝶ idem ⁊ hoc inueniꝶ in relatiōibꝫ ori
ginis. nã generãs ⁊ generatū habēt aliq̄liter vnam na=
turā generãs eni generat ſibi ſimile. nō aut eodē ordine
qꝛ genitum habet eam a generāte in̄. ſola ḡ diſtinctione
q̄ eſt ꝑ relationes originis pt̄ inueniri vnitas abſoluto
rum ⁊ diſtinctio ſm relatōes tm̄. ⁊ ideo ꝑ ſolas relatio
ones originis diuine ꝑſone diſtinguūꝶ.

DI XXVII

Hic queri pōt ⁊c Hic

eſt duplex q̄ſtio. Primo de ꝓprietatibus
Scōa de ꝟbo Circa ꝑmum q̄runtur
tria. Primo quō ſe habeant ꝓprietates ad ꝑſonas.
Scōo quō ſe habeāt ad ypoſtaſes. Tertio quō ſe
habeāt ad actus ꝑſonales.

D primum ſic ꝓceditur ⁊ videꝶ ꝙ ꝓprietates
nō ꝯſtituant ꝑſonas. illud eni qđ ſm intelle=
ctum ſequiꝶ ad aliq̄d nō ꝯſtituit ipm ſꝫ ꝓprie=
tas ſm itellectum ſequiꝶ ad ꝑſonā ſicut acci=
dens ad ſubam indiuiduā. ergo ꝓprietas ꝑſonam non
ꝯſtituit. P. Nihil ꝯſtituitur per ſeipm ſꝫ ꝑſona ē ipa
ꝓprietas ſubſiſtens vt dictum eſt. ⁊ in lr̄a etiam dꝛ ꝙ ꝓ
prietas patris ē eſſe patrē. ḡ ꝓprietas nō ꝯſtituit ꝑſonā.
P. Si ꝓprietas ꝑſonam ꝯſtituit habet quādā ſimili
tudinem cū differētia ꝯſtitutiua q̄ ſpeciem ꝯſtituit. ſed
quot ſunt dr̄e ꝯſtitutiue tot ſunt ſpēs per eas ꝯſtitute ſi
accipiantur finales differentie. tum ḡ ꝑdicte notiones
ſint finales. qꝛ vlterius diuidi nō poſſunt vt dictū eſt
videꝶ ꝙ ſint tot ꝑſone quot notiones. ⁊ ita diceꝶ deus
nō ſolum trinus ſed etiam quinꝰ P. Differentie ꝯſti
tutiue adinuicē nō diſtinguūꝶ ſi ſint i eodē niſi ſm ma
gis cōmune ⁊ minus cōmune. ſꝫ notiōes in eodē exiſtē=
tes ſcꝫ in patre adinuicem diſtinguūtur nō ſm magis
ꝯmune ⁊ minus cōmune vt pꝫ d̄ naſcibilitate ⁊ pater
nitate. ḡ hmōi ꝓprietates nō tenent in diuinis ꝑſonis
locum differētie ꝯſtitutiue vt ꝑſonas ꝯſtituant. Sꝫ
ꝯtra vnaqueq; ſpecies denoīatur a forma ꝑ quā ꝯſtitui
tur vel ab aliquo qđ accipitur loco eius. ſed noīa ꝑſo
narū ſumūtur a ꝓprietatibus. ḡ ꝓprietates ꝑſonas cō=
ſtituūt. P. In alijs rebus eadē ſunt differētie ꝯſtitu
tiue ⁊ diuiſiue. ſed ꝑ ꝓprietates ꝑſone diſtinguūtur ab
inuicem vt in lr̄a dꝛ. ergo ꝓprietates ꝑſonas ꝯſtituunt.
R. dōm ꝙ ſicut i diuinis nō differt quo ē ⁊ qđ ē q̄ꝫtū
ad eſſe ſimpliciter. ita nec q̄ꝫtum ad eſſe hoc vel illđ. qꝛ
quicquid de deo dꝛ eſt eius eſſe ſicut idem ē bonitas in
deo ⁊ bonum ſapiā ⁊ ſapiens. ⁊ ſimiliter oꝑtet dicere
ꝙ in deo ſit idem paternitas ⁊ pater ex hac rōne q̄dam
dicere voluerunt ꝙ ꝓprietates ſunt ipe ꝑſone. non aūt
ꝑſonis inſunt nec eas cōſtituūt non attēdentes ꝙ ea q̄
in deo ſm rem ſunt idem. rōne diſtinguūꝶ. ex quo ꝯtin
git ꝙ q̄ꝫuis deitas ſit ipe deus. tm̄ deus ſignificaꝶ vt cō
ſtitutus ꝑ diuinitatem ſicut homo ꝯſtitutus ꝑ huma=
nitatem. ⁊ ita etiam pater ſignificaꝶ vt cōſtitutus ꝑ pa=
ternitatem. ⁊ ſic itelligendum eſt ꝙ ꝓprietates ꝑſonas
ꝯſtituūt. Ad primū ꝙ in patre eſt duo cōſiderare. ſcꝫ
modum ſube ⁊ rōnem relationis. q̄ꝫtum ad primū rela
tio itelligiꝶ vt adueniens. ⁊ ſic habet rōnē ꝓprietatis
Quātū autē ad ſcōm itelligitur vt ꝯſtituens. qđ q̄dem
in creaturis accidere nō poteſt qꝛ diſtinguūtur ⁊ conſti
tuūtur in eſſe ꝑſonali ꝑ aliq̄d abſolutū ⁊ ſubale. vnde
ꝓprietates creaturaꝝ ſunt tm̄ ꝓprietates Ad ſcōm di
cendū ꝙ q̄ꝫuis pater ⁊ paternitas ſint idem re differūt
tamē rōne vel modi ſignificādi vt dictum eſt. Ad ter
tium dōm ꝙ nō omēs ꝓprietates ſeu notōes ꝯſtituūt
ꝑſonas. ſed ille tm̄ qbus ꝑſone abinuicē diſtinguūtur
ſic paternitas diſtinguit patrē ab alijs ꝑſonis et filia=
tio filium ⁊ ꝓceſſio. ſſ. inaſcibilitas ꝟo cum ſit negatio
⁊ ſic ſup affirmationē fundetur nō poteſt eſſe ꝑncipiū
diſtinguens ꝑſonam. ſed ſeq̄tur ꝓprietatem ꝑſone di=
ſtincte. ⁊ ſic ſunt tres tm̄ ꝓprietates ꝑſonales. i. ꝯſtitu
entes ꝑſonas. inaſcibilitas autē eſt ꝓprietas ꝑſone ſed
nō ꝑſonalis. cōmunis vero ſpiratio nec eſt ꝓprietas ꝑ
ſone nec ꝑſonalis. qꝛ nō diſtinguit aliquā ꝑſonā ab oī=
bus alijs. ⁊ ſic patet q̄re deus nō debet dici q̄nus ꝓpter
q̄nq; notiōes. qꝛ ꝑ eas nō ꝯſtituūtur niſi tres ſubſiſten
tes. Ad q̄rtum dōm ꝙ plures ꝓprietates vel notōes
vni ꝑſone inherētes nō differūt re ſed rōne tm̄ inq̄ꝫtū
ꝑ eas diuerſimode inoteſcat ꝑſona ſicut pꝫ de attribu=
tis eſſentialibꝫ nec aliq̄ eaꝝ habet rōnem differētie cō
ſtitutiue niſi vna. ꝓprietates ꝟo ꝑſonales realiē diſtin=
guūtur ſicut ⁊ ꝑſone rōne oppoſitōis relatiue.

D ſcōm ſic ꝓceditur. ⁊ videtur ꝙ remotis re=
lationibꝫ ꝑ itellectum ypoſtaſes remaneāt re
moto eni qđ additur alicui remanet ſm itel=
lectum id cui ſuꝑadditur. ſed ꝓprietates ad dignitatē
ꝑtinētes i diffinitōe ꝑſone ſuꝑaddūtur ad ypoſtaſim.
eſt eni ꝑſona ypoſtaſis ꝓprietate diſtincta ad dignitatē
ꝑtinente. ḡ abſtracta ꝓprietate a ꝑſona remanet ſm itel
lectum ypoſtaſis. P. Sicut ſe habēt attributa eſſen=
tialia ad eſſentiam. ita ꝓprietates ad ypoſtaſim. ſed ſm
boe. in li. de hebđ. remota ꝑ intellectum bonitate a deo
adhuc i itellectu eiꝰ eſſentia manet. ḡ remotis ꝓprietati
bus adhuc remanet ypoſtaſis. P. Proprietas cōſti=
tuit ꝑſonam ꝑ modum differētie ꝯſtitutiue ſed remotꝭ
differētijs ꝯſtitutiuis ſm itellectum adhuc remanet il=
lud cui differētie ſuꝑaddūtur. ḡ remotis ꝓprietatibus
adhuc remanet ypoſtaſis cui ꝓprietates ſuꝑaddūtur.
Sꝫ ꝯtra ypoſtaſis nomiat aliq̄d incōmunicabile in
diuinis: ſed remotis ꝓprietatibus nihil eſt ibi incōmu
nicabile. qꝛ ꝑter itellectum relationū in diuinis nihil ē
niſi eſſentia q̄ ꝯmunis eſt. ḡ abſtractis ꝓprietatibꝰ ypo
ſtaſis nō manet ſm itellectum. P. Dam. dicit ꝙ pa=
ter ⁊ filius ⁊. ſſ. in oībus ꝯueniunt ꝑter ingenerationem
generatōem ⁊ ꝓceſſionem. remotis ergo ꝓprietatibus
nihil manet aliquid in quo tres ꝑſone nō ꝯueniant ſed
ꝯueniunt in ypoſtaſi. ergo ypoſtaſis nō remanet. R.
dōm ꝙ hic ē duplex opinio. q̄dam eni dicunt ꝙ abſtra
cta ꝑ itellectum ꝓprietate ꝑſonali remaneat i diuinis
ypoſtaſis diſtincta. ſed hoc nō eſt verum. qꝛ in diuinis
nihil poteſt eſſe diſtinctū niſi relatiue dictū. ⁊ hoc non

remanet relatione p̱ intellectum abſtracta. Et ideo alij dicunt ꝙ abſtracta ꝓprietate pſonali neqꝫ pſona. neqꝫ ypoſtaſis remanet. Ad cuius euidētiam ſciendū ꝙ aliter ſe habet circa abſtractionē forme naturalis ⁊ forme rōnalis q̄ eſt differētia. Nam abſtracta ſm̄ rem vel p̱ intellectum forma naturali remanet ſubm̄ idem ſm̄ rem ſicut abſtracta albedine idē corpus. ⁊ abſtracta forma ignis eadem numero materia pͥma. abſtracta vero forma rōnali ſcꝫ differētia non remanet idē aīal ſm̄ rem ſed ſm̄ rōnem generis. ꝓprietas autē relatiua in diuinis ſe habet p̱ modum differētie. ⁊ nō p̱ modum forme naturalis. nam nihil abſolutū pōt intelligi ſubm̄ relationi p̱ modum ſuppoſiti. quia ſic abſolutum diſtingueretur. vnde ſuppoſitū relatōis in diuinis nō eſt niſi relatū ipē qḋ dr̄ ꝙ relatio affirmat ſecū ſuū ſuppoſitū. qꝛ idē ē i deo relatio ⁊ relatum. relatio autē ad id qḋ refert̄ inq̄ʒtum hmōi ſe habet p̱ modum ꝯſtituētis dr̄e ſicut albedo ad album. ⁊ ideo remota paternitate vel filiatōe nō poteſt remanere idem ſuppoſitū relatiōis qḋ ē ypoſtaſis diuīa. q̄ʒuis ſm̄ itellectuꝫ remaneat itellect⁹ ypoſtaſis i generali. Ad pͥmum ergo dr̄m ꝙ lꝫ ꝓprietas ad dignitatē ptinēs ſupaddat̄ ad itellectum ypoſtaſis abſolute icluditur tamē in itellectu ypoſtaſis in diuinis ſicut rōnale icludit̄ in itellectu aīalis qḋ ē homo q̄ʒuis nō aīalis ſimpliciter Ad ſcḋm dr̄m ꝙ q̄ʒtum ad modum itelligendi q̄ eſt ex pte noſtra bonitas ſapientia et hmōi ſupaddūtur eſſentie diuine p̱ modum forme naturalis quia ſignificāt̄ vt aſſequētia ſubaꝫ ſm̄ Dam̄. ſꝫ relatio ſupadditur ad ypoſtaſim in diuinis p̱ modū differentie. ⁊ ideo nō eſt ſimile. Ad tertiū ptꝫ ſolutio ex dictis nam remota differēnā remanet genus. non q̄ſi vnum qḋ ſm̄ rem ſꝫ ſolū rōne.

Ad tertiuꝫ ſic ꝓceditur ⁊ videtur ꝙ actus pſonalis ſm̄ itellectum p̄cedat ꝓprietates pſonales. omīs enī relatio ſm̄ itellectum ſeq̄tur id ſupra qḋ fundat̄ ſicut equalitas q̄ʒtitatem. ſꝫ relationes originis fundātur ſupra actiones originis. vt patet per pħm in. v. meth. ergo pſonales actus ſm̄ intellectum p̄cedunt relationes q̄ ſūt ꝓprietates perſonales. ℗ Ad actum aliquem nihil pſupponit̄ ſm̄ intellectum niſi qḋ eſt pͥncipium actus. ſed nō itellecta relatione poteſt intelligi pſona que eſt pͥncipium actus pſonalis. ſepata enī paternitate remanet pater q̄ʒuis vt ingenitus. ergo relatio in diuinis nō p̄cedit itellectum pſonalis opationis. ℗ Sicut ſe habet generatio paſſiua ad filium ita generatio actiua ad patrē. ſed generatio paſſiua ſm̄ intellectuꝫ p̄cedit filiationē filij. ergo ſimiliter p̄cedit generatio actiua paternitatē patris. ℗ Idem videtur ex hoc ꝙ in lr̄a dr̄ ꝙ ideo eſt pater: quia genuit. Sed contra pͥus eſt itelligere pſonam q̄ʒ actuꝫ perſone. ſed ꝓprietas relatiua conſtituit perſonam. ergo ſm̄ intellectum p̄cedit actum pſone. ℗ Propria forma cuiuſlibet eſt pͥncipium ꝓprij actus eius. ſꝫ ꝓpria forma patris inq̄ʒtū hmōi eſt ipa pr̄nitas ergo ſm̄ intellectum eſt pͥncipium generatiōis q̄ eſt ꝓpria opatio patris. ℞. dr̄m ꝙ q̄dam dixerunt ſimpliciter relatōes ſm̄ itellectuꝫ ſequi actus pſonales. ſed illud nō poteſt itelligi ſuppoſito ꝙ pſona ⁊ ypoſtaſis in diuinis relatiōibus diſtinguātur ⁊ ꝯſtituātur vt ſupra oſtenſuꝫ eſt. Et ideo aliter dicendū eſt ꝙ nihil ꝓhibet relatiōi aliqd ꝯuenire vt relatio ē ⁊ aliqd vt ſubſiſtens ē ſm̄ enī ꝙ relatio eſt ſic ſm̄ intellectum ſeq̄tur actum. ſ. q̄ relatio intelligit̄ naſci. ſcḋm aūt ꝙ ſubſiſtēs ē. p̄cedit intellectū opationis ſicut ⁊ ſuba precedit actionem. ⁊ ideo ypoſtaſis patris p̄cedit ſm̄ itellectuꝫ actū generatiōis. ⁊ qꝛ id qḋ ꝯſtituit ⁊ diſtinguit ypoſtaſim ē ſm̄ itellectū pͥus ypoſtaſi Inde ē ꝙ relatio ſignificata p̱ modū forme ꝯſtituētis p̄cedit actū pſonalē. vt in itelligēdo talis ordo ſueſtur vt pͥmo itelligatur paternitas. ſcḋo pater. tertio generatio actiua q̄ʒuis ſm̄ rem oīno ſint idē in deo ſicut itellectus itelligēs intelligere. Ad pͥmū dr̄m ꝙ obiectio illa ꝓcedit de relatiōe ſm̄ ꝙ relatio ē ꝓut vero ē cōſtitutiua pſone ſic ecōuerſo ſe hꝫ. Ad ſcḋm dr̄m ꝙ remota paternitate nō remanet ypoſtaſis patris vt diſtincta i diuinis p̱ hoc enī ꝙ pater ē ingenit⁹ nō pōt diſtingui niſi o genito q̄ eſſe nō poteſt paternitate remota. vnde i diuinis itellectus ingeniti ſeq̄tur itellectū paternitatis. ⁊ ideo remota paternitate nō remanet inaſcibilitas q̄ ē ꝓprietas pſone. q̄ʒuis poſſet remanē vt attributū eſſentie. Ad tertiū dr̄m ꝙ aliter eſt de generatōe actiua ⁊ paſſiua. nā generatio actiua ē a forma generātis. ⁊ ideo ſm̄ itellectum ſeq̄tur paternitatē ꝓut eſt forma patris. ſꝫ generatio paſſiua nō eſt a forma geniti. ⁊ ideo quolibet modo p̄cedit filiatōem. Ad q̄rtum dr̄m ꝙ magiſter accipit generare loco proprietatis pſonalis que eſt paternitas vt p̄ꝫ patere ꝯſiderādo verba eius in hac diſtinctiōe ⁊ in p̄cedenti. vel pōt dici ꝙ magiſter nō intēdit ponere ordinē cauſe ſed cuiuſdā ꝯcomitātie. qꝛ eſſe patrem ⁊ generare ſe ꝯſecūtur ſicut eſſe filiū ⁊ eē genitū

Einde querit̄ de verbo.

Et circa hoc q̄runtur duo Primo vtruꝫ v̄bū in diuinis dicat̄ pſonaliter vel eſſentialiter. Scḋo vtrum dicat̄ de ſpū ſancto vel tm̄ de filio.

Ad pͥmū ſic ꝓcedit̄ ⁊ videtur ꝙ v̄bū in diuinis eſſentialiter dicat̄. Aug⁹ enī dicit. ix. de trini. verbū qḋ inſinuare intēdimus cū amore noticia eſt. ſed tā amor q̄ʒ noticia ſūt eſſentialia. ḡ verbuꝫ eſſentialit̄ dr̄ in diuinis ℗ Quicqd dr̄ eſt v̄bum. ſꝫ ſm̄ Anſ. i monologion. tā pr̄ q̄ʒ filius q̄ʒ ſ. ſ. dr̄. ergo qḋlibet eoꝝ eſt v̄bum. ⁊ ſic v̄bum eſſentialit̄ dr̄. ℗ Quilibet dicens habet aliqḋ verbū. ſed ſm̄ Anſ. pater ⁊ filius et ſpūſſanctus ſūt vn⁹ dicens ergo eis eſt cōmune vnum verbū. ⁊ ita verbū eſſentialiter dr̄. ℗ Omē illud qḋ dicit reſpectuꝫ ad creaturā eſt eſſentiale ſed verbum eſt hmōi. v̄bū Aug⁹ exponit. dixit ⁊ facta ſunt. i. verbū genuit in quo erat vt fierēt. ḡ ⁊c̄ Sed ꝯtra eſt qḋ Aug. dicit in. vj. de tri. ꝙ ſolus filius dicit̄ v̄bum. ℗ Ad h̄ eſt auc̄tas Richar. de ſan. vic. q̄ dicit in lr̄a ſcꝫ de trini. ſolū filium v̄bum dici ℞. dr̄m ꝙ verbum in diuinis ꝓprie loquēdo nō poteſt dici niſi pſonaliter. ⁊ hoc patꝫ ſi inſpiciam⁹ qḋ ſit verbū i mēte nr̄a. qḋ nihil aliud eē īuenitur q̄ʒ aliqḋ actualiter intellectū ſiue ꝯceptū itellectu qḋ ē vocis v̄bo ꝓnūciabile. omē aūt actualiter itellectum ſiue ꝯceptū vel excogitatū a nobis eſt exp̄ſſū ab aliquo ſiue exortū ſaltē ſicut actualiter ꝯſideratū oritur ex habituali cognitōe. ⁊ ideo ſi in diuinis oīno ꝓprietas v̄bi ſeruetur verbum ſignificabit qḋ eſt realiter ab alio exortum. omē aūt tale ē pſonale in diuinis. ⁊ ideo v̄buꝫ loquēdo ꝓprie nō dicit̄ niſi pſonaliter ⁊ huic etiā atteſtatur coīs vſus ſcrīpture Ad pͥmū ergo dr̄m ꝙ Aug⁹ loq̄tur de noticia actuali q̄ ſola ē verbum vt idē Aug⁹ dicit. xiiij. de tri. ita vt p̱ noticiā intelligamus id qḋ itellectu cōcipitur hoc aūt in ſe implicat ortū ex alio vt dictū eſt Ad ſcḋm dr̄m ꝙ non ſolū dr̄ verbum ſed etiam res p̱ v̄bum que ſcꝫ verbo manifeſtat̄. ⁊ qꝛ verbū qḋ pater ꝓfert eſt manifeſtiuum pr̄is. ⁊ ſ. ideo pr̄ non dicit ſolum filiū. ſed etiā ſe ⁊ ſpiritūſanctū Ad tertiū dr̄m ꝙ ſm̄ Aug⁹. v. d̄ trini. ſolus pater eſt dicēs: qꝛ ipe ſolus emittit verbū Anſ. aūt accipit large dicere ꝓ intelligere. Ad q̄rtuꝫ dicendū ꝙ in v̄bo non impꝛtatur

reſpectus ad creaturas pncipaliter. ſed q̄ſi ex ꝯſequenti
verbum eni habet reſpectū z ad dicentē q̄ in diuis ē pa
ter. z ad id qḋ manifeſtat̄ ꝑ verbū ꝙ itecū pncipaliter ē
pater. ſz ꝗtū in diſpoſitiōe patris ē creaturas ꝓducere
ſm aliqualē ſui ſilitudinē ſic etiam ex ꝯſequēti i verbo
itelligit̄ reſpectus q̄daꝫ ad creaturā.

D ſcōm ſic ꝓcedit̄ z videt̄ ꝙ nomen verbi .ſſ.
ꝯueniat. baſili⁹ eni dicit i tertio ſmone d. ſſ.
ſicut filius ſe habet ad patrē eodem mō ſe ha
bet .ſſ. ad filiū. z ꝓpter hoc dr̄ patris q̄deꝫ vbū
filius. filij aūt verbū .ſſ. P Heb. j. dr̄ de filio cum ſit
ſplēdor glīe z figura ſubē eiꝰ portans oīa verbo vir
tutis ſue. z ita filius habet verbū a ſe ꝓcedens quo oīa
portant̄ ipſe ſpūſanct⁹ q̄ ꝓcedit a filio verbum dicitur.

P Verbum de ſui rōne manifeſtationē importat. ſz
ſicut fili⁹ manifeſtat patrē z ſpiritusſāctus manifeſtat
patrē z filiū. ſicut dr̄ Jo. xvj. ꝙ ſpūſſanctus docet oēm
veritatē. ergo ſpūſſanct⁹ dicit̄ verbū. Sz ꝯtra eſt qḋ
Aug⁹ dicit in li. de trini. ꝙ ſicut in trinitate ſol⁹ filius
dr̄ verbum. ita ſolus ſpūſſanctus dr̄ donuꝫ. P Ver
bum in ſui itellectu includit natiuitatē. eſt eni verbum
ſapia genita ſm Aug⁹. ſz natiuitas nō ꝯuenit .ſſ. ergo
nec nomen verbi. R° ꝙ verbum dr̄ dupliciter. Uno
modo ꝓprie ſcilꝫ illud qḋ eſt ꝑ ſe alicui⁹ manifeſtiſſimū
hoc autē eſt id qḋ intellectu ꝯcipitur. ꝑ hoc eni aliquid
fit imediate itellectui notum. Alio modo dr̄ verbuꝫ cō
muniter z ita imꝓprie oē illud vn̄ pōt ſumi alicui⁹ rei
manifeſtatio vt ſi dicamus fumū eē verbū ignis. pmo
ergo modo in diuinis ſol⁹ filius dr̄ verbum. q2 ipe ſol⁹
ꝓcedit ꝓceſſione itellectus. Scdo autē modo poteſt di
ci verbum z .ſſ. inq̄tum ꝑ ipm manifeſtat̄ pater z filius
z ſic itelligit baſili⁹. vn̄ patet reſpōſio ad primū. Ad
ſcōm dōm ſm glo. ꝙ verbū accipit̄ ibi ꝓ imꝑio filij qḋ
metaphorice dr̄ verbuꝫ. quia verbo ꝯſueuimus impa
re. vel ſm baſiliū intelligit̄ de .ſſ. rōne iam dicta. Ad
tertiū ptꝫ ſolutio ex dictis.

DI. XXVIII

Reterea conſiderari

optet zē. Hic ē duplex q̄ſtio. Prima
de inaſcibilitate. Secunda de imagine
Circa primū q̄runtur duo. Primū vtrum inaſci
bilitas ſit notio patris. Scdo vtrum innaſcibilitas
ſit eius ꝓprietas ꝑſonalis.

D primū ſic ꝓcedit̄ z videtur ꝙ inaſcibilitas
nō ſit notio patris. notiōes eni diuinaꝝ pſo
naꝝ ſūt relatōes. ſz ingenit⁹ non ſignificat re
lationē. q2 ſm nomē ad aliud nō refert̄. ergo
inaſcibilitas nō eſt notio patris. P Nihil pōt poni
notio patris ꝑ qḋ eſſentie diuiſio detur itelligi ſz ſi di
catur pater ingenit⁹ dat̄ intelligi diuiſio eēntie. quia ſi
pater eſt ingenitus hec ē vera de⁹ ē ingenit⁹. hāc etiam
ꝯſtat eſſe verā. deus ē genit⁹. z ſic videt̄ ſequi ꝙ non ſit
vnus deus ꝑ hoc ꝙ affirmatio z negatio nō verificant̄
de eodē. ḡ inaſcibilitas nō eſt notio patris. P Inna
ſcibilitas ē negatio naſcibilitatis q̄ ē ꝓprietas filij ſz ne
gationes aliaꝝ ꝓprietatū ſcꝫ paternitatis cōmunis ſpi
rationis z ꝓceſſionis nō ſūt notiōes alicuius pſone. er
go inaſcibilitas nō debet eſſe notio pſone patris Sz
ꝯtra illud ꝑ qḋ differt pater a filio debet eſſe notio ſz ꝑ
inaſcibilitatē differt pater a filio. ergo inaſcibilitas eſt
notio patris. P Sicut filius ſe habet ad natiuitatē
ita pater ad naſcibilitatis notionem. ſed natiuitas eſt
notia filij ꝗ inaſcibilitas q̄ eſt natiuitatis negatiū ē no
tio patris. R° dōm ꝙ i diuis pr̄ eſt pncipiū nō de pn
cipio. vnde oportet ꝙ q̄tuꝫ ad vtrūq3 inoteſcat. ſ. q̄tū
ad hoc ꝙ eſt pncipium z q̄tum ad hoc ꝙ eſt non de pn
cipio. z ideo ſicut q̄tum ad hoc qḋ eſt pncipium ponit̄
nocio eius paternitas vel cōmunis ſpiratio. ita q̄tum
ad h̄ qḋ ē nō de pncipio ponit̄ notio eius inaſcibilitas

Ad primū ergo dōm ꝙ ingenitus q̄uis directe non
ꝯtineatur in genere relatōis reducitur tamē ad relati
uam dupliciter. Primo q̄dem ꝑ modum cognitionis
q2 negatiōes ꝑ affirmatōes ſicut puatōes ꝑ habitus co
gnoſcūtur. ideo ad genus affirmatōis reducit̄. Scdo
rōne cauſalitatis. quia affirmatio vnius oppoſiti ē cau
ſa remotōis reliqui oppoſiti. z ſic poſitio paternitatis i
pſona patris eſt cauſa remotōis oppoſite relatōis. ſ. na
tiuitatis. Ad ſcōm dōm ꝙ relatōes non determināt
eſſentiam ſed pſonam. eſſentia eni nec generat̄ nec na
ſcitur. ſed pſona. z ideo poſitio z negatio relationē i di
uinis nō demonſtrant diuiſionem eſſentie ſed diſtincti
onem pſone. Ad tertium dōm ꝙ notiōes affirmati
ue in diuinis vel ꝑtinent ad rōnem pncipij vel ad tati
onem eius qḋ eſt de pncipio. remotio aūt pncipij nō ē
dignitatis. z idō nō ponit̄ notio pſone neq3 negatio pr̄
nitatis neq3 cōmunis ſpiratōis. negacio vero eius qḋ ē
a pncipio nō eſt dignitatis niſi ſit vniuerſalis vt ſupra
dictum eſt. z ideo inaſcibilitas ꝓut ponitur notio pr̄is
excludit omnino eē ab alio. z nō ſoluꝫ eſſe ab alio ꝑ na
tiuitatem. ꝓpter qḋ ſpūſſancto nō ꝯuenit. Ideo tamē
a negatōe natiuitatis nomē ſortit̄. q2 ꝓceſſio ſpūſſancti
ſpeciale nomē nō habet: z itez ſeq̄tur filij generatiōem
z q2 etiaꝫ pſona patris nominat̄ ꝑ relationē quā habet
ad filium.

D ſcōꝫ ſic ꝓceditur z videtur ꝙ inaſcibilitas
ſit ꝓprietas pſonalis patrꝭ. Dam. eni dicit ꝙ
in diuinis oīa vnum ſūt pter ingeneratōeꝫ
generationē z ꝓceſſionē. ſed filiatio que ꝑ ge
nerationem itelligitur eſt ꝓprietas pſonalis filij z pro
ceſſio ſpūſſancti. ergo inaſcibilitas que itelligit̄ ꝑ gene
rationem eſt ꝓprietas pſonalis patris P Notio per
ſone ad dignitatē ꝑtinere debet. ſz magis oñdit digni
tatem inaſcibilitas q̄ꝫ paternitas. q2 ꝑ inaſcibilitatem
oñdit̄ auctas in patre. ergo inaſcibilitas eſt magis ꝓprie
tas pſonalis patris q̄ꝫ paternitas. P Remota ꝓprie
tate pſonali pſona itelligi nō poteſt ſicut nec ſpēs remo
ta differētia. ſed remota paternitate itelligitur ingeni
tus vt in lr̄a dicit̄. ergo paternitas non eſt ꝓprietas pſo
nalis patris. ſed magis inaſcibilitas. Sz ꝯtra vnū
qḋq3 denoīatur a forma ipm cōſtituēte ſed pſona patrꝭ
denominat̄ a paternitate nō a naſcibilitate ergo inaſci
bilitas nō eſt ꝓprietas pr̄is pſonalis ſz paternitas. P
Nullius entis poſitiue rō ꝯſtituitur ꝑ negatōem ſz pſona
patris eſt res quedā. ergo nō cōſtituit̄ ꝑ inaſcibilitateꝫ
que eſt negatio. R° dōm ꝙ illud ꝑ qḋ pmo intelligit̄
aliquid diſtinctum in diuis eſt cōſtitutiuū pſone q̄cq̄d
aūt ad hoc ſeq̄tur nō poteſt eſſe pſone cōſtitutiuū q̄uis
poſſit eſſe ꝓprietas pſone iam ꝯſtitute. primū autem di
ſtinguēs in diuis pſonis nō poteſt eē inaſcibilitas: nō
eni diſtingueret̄ niſi a nato. vnde oportet ꝙ diſtinctioneꝫ
quā facit inaſcibilitas pintelligat̄ diſtinctio inter gene
rātem z naſcētem. z ſic ꝓprietas ꝯſtituens pſonam pa
tris eſt paternitas. nō aūt inaſcibilitas. vnde inaſcibi
litas nō eſt ꝓprietas pſonalis. id eſt. ꝯſtituēns pſonam.

Ad primū ergo dōm ꝙ intētio Dam. non fuit nume
rare ꝓprietates pſonales. ſed oſtendere modum diſtin
ctionis in diuinis. eadem autē diſtinctio deſignatur ꝑ
filiationē z paternitatē. z ſimiliter ꝑ cōmunē ſpiratiōeꝫ
z ꝓceſſionem. ſed inaſcibilitas ponit ſpecialē modū di
ſtinctionis. z ideo Dam. obmiſit cōmunem ſpirationem
z paternitatē z poſuit ingenerationeꝫ generationem z

ꝓceſſionem. Ad ſcḋm dḋm ꝙ dignitas ꝑtinet ad ꝑfectionē rei. ſed ↄſtitutio ad ꝓmū eē ipius. ⁊ ideo illud qḋ ꝑino in ꝑſona itelligitur erit ↄſtitutiuū ꝑſone ſꝫ illḋ qḋ ↄueniēter itelligitur pōt magis declarare ꝑſone dignitatē. Ad tertiū dḋm ꝙ in lr̄a non dicit̄ ꝙ remota paternitate remaneat ypoſtaſis patris ſub ꝓprietate innaſcibilitatis. ſꝫ dꝛ abſolute ⁊ vniuerſaliter ꝙ aliqs pt eē ingenitus q̄ nō eſt pater ſicut ⁊ ecōuerſo aliqs eſt pater q̄ nō eſt ingenitus.

Einde q̄ritur de imagine.

Eccirca hoc q̄runtur duo. Primo vtrū imago in diuinis eſſentialiter vl' ꝑſonaliter dicatur. Scḋo vtrum ↄueniat ſpūiſancto

Ad primū ſic ꝓceditur ⁊ videt̄ ꝙ imago ī diuinis tm̄ ꝑſonaliter dicat̄. imago em̄ ſm Aug. ī li. lxxxiij. q. dicit̄ qḋ eſt ex alio ductū eius ſimilitudinē gerēs. vnde duoꝝ ōuoꝝ vnū nō eſt imago alterius q̄uis ſint ſimilia. ſꝫ oīe qḋ in diuis īncludit in ſui intellectu originem eſt ꝑſonale. ergo imago ē ꝑſonale in diuinis. P̄ Aug⁹ dicit ꝙ nihil eſt abſurdius q̄ꝫ imaginem ad ſe dici. ſed qḋ relatiue in diuinis dꝛ eſt ꝑſonale. ergo imago ē ꝑſonalis. P̄ Oīe id qḋ deſignat diſtinctōēꝫ in diuis eſt ꝑſonale. ſed imago ē hmōi nihil em̄ eſt ſuīpius imago ſm Hyl'. ergo ī diuis imago dicit̄ ꝑſonalis. Sed ↄtra ſm Hyl'. imago eſt eius rei ad quā imaginatur ſpēs indifferēs. ſed ſpēs indifferens patris ⁊ filij eſt ipa eſſentia. ergo imago dicit̄ eſſentialiter. P̄ In ſolis eſſentialib⁹ diuīe ꝑſone ↄueniūt ſed nomīe imaginis deſignatur ↄueniētia diuinaꝝ ꝑſonarum adinuicē ſicut ⁊ ꝑ nomen ſimilitudinis. ergo imago in diuis dicit̄ eſſentialiter ſicut ⁊ ſili'tudo. R⁹ dḋm ꝙ imago duplicit̄ pt accipi ſcꝫ ꝓprie ⁊ improprie. improprie qn̄qꝫ ſumit̄ imago ꝓ exemplari et ſic imago in diuis eſſentialiter dꝛ inq̄ꝫtum diuina eſſentia eſt exemplar qḋ oīes creature imitant̄ ⁊ expſſius ceteris creatura rōnalis. ⁊ ſic poteſt itelligi verbū Aug'. poſituꝫ ī lr̄a ꝙ vna eſt ſancte trinitatis eſſentialis diuinitas et imago ad quā factus eſt homo. Si aūt imago ꝓprie accipiatur ſic imago nomīat aliquid qḋ eſt ex alio ductū ſimile ei. ⁊ ſic nomine imaginis duo itelligūtur ſcilicꝫ imitabilitas. ⁊ id ſm qḋ fit imitatio. hoc aūt ſm qḋ eſt imitatio eſt cōe vtriqꝫ. vnde ī diuinis ē ipa eēntia. mutās vō ē id qḋ ex alio dꝛ ſil'e. vnde ī diuis eſt ꝑſona ſic ergo ꝓprie imago accepta ſignificat ꝑſonā in recto ⁊ eſſentiā in obliquo eſt em̄ imago ꝑſona ex alio ducta hn̄s eādē formā cū ipo. ⁊ ꝑ h̄ pꝫ ſolutio ad vtraſqꝫ rōnes.

Ad ſcḋm ſic ꝓcedit̄. ⁊ videt̄ ꝙ nomē imaginis de. ſſ. dici poſſit. ꝑmo ꝑ Dam. qui dicit. ſſ. eſſe imaginē. P̄ Cuicunqꝫ ↄuenit diffinitio ei diffinituꝫ. ſed. ſſ. ↄuenit diffinitio imaginis quaꝫ Hyl'. ponit in lr̄a li. de ſino. vbi dicit ꝙ imago eſt eius res ad quā imaginatio ſpēs indifferens. eſt em̄ patris ⁊. ſſ. ſpēs indifferēs ſicut patris ⁊ filij. ergo ſpūſſanctus eſt imago patris. P̄ In infinitū expſſius ſpūſſanctus repſentat patrē q̄ꝫ creatura rōnalis trinitatē. ſed creatura rōnalis ꝓpter expſſam repſentatōēm trinitatis: dꝛ trinitatis imago. g̃ multo fortius. ſſ. dꝛ imago patris ⁊ filij. Sꝫ ↄtra imago regis ſm Aug. in ſmōe de decem cordis ē in extranea natura ſicut in nūmo. ſꝫ in natura ↄformi ſicut ī filio. ſed. ſſ. neqꝫ habet naturaꝫ extraneam a patre neqꝫ ē fili⁹. ergo nomē imaginis ei non cōpetit. P̄ ſm Dyo. ⁊ Dam. nihil de illa ſancta trinitate dḋm eſt niſi qḋ nobis ꝑ auctēꝫ ſacre ſcripture diuinit⁹ eſt expſſum. ſed in ſacra ſcriptura ſpūſſanctus imago nō dꝛ. ſed ſolus fili⁹. vt patet Col'. j. q̄ cū ſit imago dei inuiſibilis. ig̃ ſpūſſanctus nō dꝫ dici imago. R⁹ dḋm ꝙ nomen imaginis ꝓprie acceptū. ſſ. nō conuenit Quib⁹ triplex rō aſſignatur. Prima eſt Ric. de ſā. vict. ꝙ imago attēdit̄ ſm extrinſeca. in diuis aūt q̄ſi extrinſeca ſunt notiōes. vnde filius q̄ ↄuenit cum patre ī aliq̄ notōe ſcꝫ cōmuni ſpiratōe pt dici eius imago non aūt ſſ. qui in nulla notiōe ↄuenit cum patre ⁊ filio. Sꝫ hec ratio nō videtur ↄſona dictis Aug. q̄ vult ꝙ ſm relationem originis nō attēdatur ſimilitudo nec equalitas in q̄bus rō cōſiſtit imaginis. Scḋa rō eſt ꝙ imago q̄libet ducit in vnū ſpūs aūt ſanct⁹ duceret ī plures videlicet in patrē ⁊ filium ſi imago diceret̄. ſed hoc nō videtur ꝓhibere. nam pater ⁊ filius ſunt vnuꝫ. ſſ. ꝑncipiū vt infra dicet̄. Tertia rō eſt ꝙ imago attenditur ſm ſpeciē rei vel ſm ea que ſpēm deſignāt ſicut eſt figura fili⁹ aūt ꝓcedit per modum nature ꝑ quem modum apud nos inuenitur aliq̄d ꝓcedere in ſimilitudineꝫ ſpeciei. ſ. aūt. ſ. ꝓcedit ꝑ modum voluntatis ꝑ quē modū nihil ꝓcedit apud nos in ſimilitudinē ſpeciei. ⁊ ideo filio ↄpetit nomen imaginis. non autē. ſſ. nam nomīa a nobis imponūtur ſm ea que apud nos ſunt. Ad primum g̃ dḋm ꝙ apud Dam. ⁊ plures doctorū grecoꝝ nomen imaginis. ſſ. attribuit̄. quia hoc nomīe large vtuntur nihil in ipo niſi ꝑfectam ſimilitudinē attendentes. Ad ſcḋm dḋm ꝙ q̄uis ſpūſſanctus ſit ſpēs indifferēs nō tamen hoc declaratur in modo ſue ꝓceſſiōis ſm qḋ nobis manifeſtatur ꝑ ea que ſunt apud nos. Ad tertium dḋm ꝙ in artificiata inuenit̄ ſpēs artis etiā apud nos. nō aūt in amore artificis. ⁊ ideo creatura inq̄ꝫtum habet ſpēm artis eterne q̄ eſt filius dei dꝛ imago ⁊ ad imaginē. non aūt. ſſ. q̄ eſt amor.

Di. XXIX

Et preterea aliud nomē ⁊c̄.

Hic q̄runt̄ q̄ttuor. Primo vtꝝ vna ꝑſona poſſit dici ꝑncipium alterius ī diuinis. Scḋo vtꝝ vniuoce dicat̄ ꝑncipiū reſpectu creature ⁊ reſpectu ꝑſone. Tertio vtrū vniuoce dicat̄ ꝑncipiū pr̄ filij et. ſſ. Quarto vtꝝ vna notiōe pater ⁊ filius ſint ꝑncipium. ſſ.

Ad primū ſic ꝓceditur ⁊ videtur ꝙ in diuinis vna ꝑſona nō ſit ꝑncipiuꝫ alterius. quia ſm ꝑhm in. v. metaphiſice. ꝑncipium ⁊ cauſa ſūt idem. ſed pater non eſt cauſa filij. ergo nec ꝑncipium. P̄ In nomīe ꝑncipij ꝓritas q̄dam itelligitur. ſed vna ꝑſona nō eſt prior alia vt ſupra habitū eſt. ergo vna ꝑſona nō poteſt dici ꝑncipiuꝫ alterius. P̄ Non eſt ī genere qḋ nō eſt in aliqua eius ſpecie. ſꝫ nihil eoꝝ in que ꝑncipium diuiditur ↄuenit vni ꝑſone reſpectu alterius ſicut patet ꝑ ſingula inducēti. ergo vna ꝑſona nō poteſt dici ꝑncipium alterius. Sꝫ ↄtra ē qḋ dicitur Joh. j. In ꝑncipio erat verbum. glo. id ē. in patre. g̃ pa[ter] eſt ꝑncipium filij. P̄ Js a quo ē alius eſt eius ꝑnci[pium] ſꝫ a patre eſt fili⁹. ergo pater ē filij ꝑncipium. [R⁹ d]ḋm ꝙ ex fide docemur vnam ꝑſonam ex alia ꝓcedere. ſed ꝓceſſionis modus oīno nobis incōꝑhenſibilis manet. ⁊ ideo tāto aliquod nomē aptius eſt ad diuinaꝝ ꝑſonarum originem deſignandaꝫ. q̄ꝫto min⁹ modum ꝓceſſionis exprimit. inter omnia auteꝫ minus exprimit hoc nomen principium vt pote ceteris cōmunius. nam elemētuꝫ importat quandam ꝑtialitatē ex nomīe autē cauſe importatur q̄dam dependētia eius qḋ eſt a cauſa inq̄ꝫtum cauſa eſt ad cui⁹ eſſe ſequit̄ aliud. ꝑncipium auteꝫ quādoqꝫ dicit̄ qḋ neqꝫ eſt pars rei neqꝫ eſt cauſa ſicut pūctum ꝑncipiuꝫ linee a quo intelligitur linea fluere. ⁊ iḋo nomīe ꝑncipij vtimur in diuinis ꝑſonis nō quaſi hoc omnino cōueniat. ſed quia ↄuenientẽ

us iueniri nõ potest. Ad primũ ergo dõm ꝙ pñcipiũ ꝛ causa sũt idem q̃tum ad illos ordines ſm q̃s vtrũqꝫ dicit̃. ſicut pñcipium materiale est idem ꝙ causa materialis. ſed aliq̃s modus ē pñcipij qui nõ est cauſe. ꝛ ſm hoc aliq̃d est pñcipiũ q̃d nõ est causa. Ad ſcõm dõm ꝙ q̃uis in diuis nõ ſit põritas vnius pſone reſpectu alterius ē tñ ibi ordo nature. ꝛ in hoc ſaluat̃ ratio pñcipij Ad tertiũ dõm ꝙ modi pñcipij a phis aſſignant̃ ſm hoc ꝙ i creaturis iueniũt̃. vnde ſm nullũ coꝝ ꝓprie loquẽdo cõpetit nomẽ pñcipij in diuis. tñ ſm remotã ſimilitudinem habet ꝯuenientiam cum modo quo efficiẽs dicit̃ pñcipium. qꝛ etiam pater dr̃ eſſe efficiẽs pñcipium filij in humanis.

D ſcõm ſic ꝓceditur ꝛ videtur ꝙ oĩno equiuoce pater dicatur pñcipium filij ꝛ creature. dicit̃ eñi creature pñcipium ſm rõnem põritatis. non autẽ est prioritas ipius ad filiũ. ergo nõ est eadem ratio pñcipij vtrobiqꝫ. ꝛ ſic pñcipium equiuoce dicit̃. ¶ Plus diſtat ꝓceſſio diuine pſone a ꝓceſſiõe creature q̃ generatio carnalis a ſpũali ſꝫ ꝓpẽ diſtantiã carnalis ꝛ ſpũalis generatiõis equiuoce dicitur pater magiſter ꝛ genitor. ergo multo amplius pater dr̃ equiuoce pñcipiũ filij ꝛ creature. ¶ Idẽ equiuoce dr̃ q̃d eſt idẽ numero ꝛ q̃d ē idem ſpẽ genere ꝛ analogia. ſed pater filio cõmunicat eandẽ numero naturam creature aũt nõ candẽ nec numero nec ſpẽ nec genere ſꝫ ꝑ quãdam remotã analogiã. ergo cum ex h̃ dicat̃ pñcipium filij ꝛ creature q̃d alicui ſe eis cõmunicat videt̃ ꝙ equiuoce pñcipium dicat̃. Sed ꝯtra hoc eſt q̃d apl̃s dicit ad Ep̃h. iij. ex quo oĩs paternitas i celo ꝛ in terra nominatur. ſed in his que ſũt oĩno equiuoca. vnũ nõ dicit̃ ex alio. ergo pñcipiũ reſpectu creature ꝛ reſpectu diuinẽ pſone nõ dr̃ equoce. ¶ Baſilius dicit ꝙ accipere a patre filiꝰ habet cõmune cũ oĩ creatura. ſꝫ ſm hoc dr̃ pñcipium qꝛ ab eo accipit̃. g̃ pater nõ dr̃ equiuoce reſpectu filij ꝛ creature. R̃o dõm ꝙ in his que oĩno equoce dicũtur. vnde nõ põt eſſe rõ cognoſcendi alterũ cum ſilitudo inter ea nõ attẽdatur niſi ſm nomẽ ſꝫ pñcipium i diuinis pſonis cognoſcimꝰ aliqualiter ex pñcipiõ q̃d in creaturis iuenitur. ſicut ꝑ Aug. patꝫ qui ex ꝓceſſione intelligẽtie a memoria venat̃ ꝓceſſionẽ filij a patre. vnde non poteſt eſſe ꝙ oĩno equoce pater dicat̃ eſſe pñcipium filij ꝛ creat̃a creat̃e ꝛ multo minꝰ deꝰ creature nec tamẽ oĩno vniuoce dr̃. Naꝫ ſi vniuoce diceret̃ pñcipium oporteret ꝓceſſionem vniuoce dici ꝛ vlteriꝰ ꝓceſſionis tm̃ ſcꝫ eſſentiam. ſicut eñi vniuoce dicit̃ pater reſpectu filioꝝ naturaliũ ſic ꝛ generatio ꝛ terminꝰ generationis ipoꝝ reſpectu eorũdẽ. cum ergo nomẽ eẽntie nõ vniuoce ſed analogice dicat̃ de filio ꝛ creatura ꝑ cõſequens nec nomẽ ꝓceſſiõis nec nomẽ pñcipij reſpectu vtriuſqꝫ ſed ꝑ prius ꝛ poſterius. ꝑ prius q̃dem reſpectu filij ſm rei veritatẽ. ſed ꝑ poſterius ſm nomis impoſitionẽ. Ad primũ ergo dõm ꝙ q̃uis põritas videatur ad rõnem cõmunẽ pñcipij ꝑtinere q̃tũ ad id a q̃ nomẽ imponit̃ nõ tamẽ q̃tum ad id cui nomen ẽ impoſitum Imponit̃ eñi ad ſignificanduꝫ originẽ vnius ab alio q̃ poteſt intelligi etiam põritate nõ intellecta vt ex ſupradictis patet. Ad ſcõm dõm ꝙ ſcientia quã cõmunicat magiſter nõ eſt ſimilitudo nature quã cõmunicat generans nec ecõuerſo ſicut eſſentia q̃ cõmunicat̃ creature ẽ ſimilitudo eſſentie que cõmunicat̃ filio. q̃uis poſſet dici ꝙ nec nomẽ patris vtrobiqꝫ equoce dicat̃ ſed analogice. Ad tertiũ dõm ꝙ ſicut nec vnũ ita nec idem equoce dicit̃ ſm oẽs illos modos. vel põt dici ꝙ etiã ſi idem equoce diceret̃ nõ tñ ꝓpter hoc nomẽ pñcipij qꝛ q̃to pfectior eſt ꝓceſſio a pñcipio tanto maior ſuat̃ idẽptitas vñ pater ꝙ pñcipium cõmunicat i idẽptitate q̃tũ poſſibile eſt. ꝛ ideo idẽptitatis diuerſitas non variat rationem pñcipij ſed magis diuerſitas cõmunicati in tali idemptitate.

D tertiũ ſic ꝓcedit̃ ꝛ videtur ꝙ pater vniuoce nõ dicat̃ pñcipium filij ꝛ ſſ. dr̃ eñi pñcipium filij rõne generatõis. ſed ſſ. rõne ꝯmunis ſpiratiõis. g̃ ſm diuerſã rõnem ꝛ ſic equiuoce dr̃. ¶ Omne nomẽ pſonale ab aliq̃ notiõe imponit̃. ſꝫ hoc nomẽ pñcipiũ ẽ pſonale nomẽ ſiue pr̃ dicat̃ pñcipiũ filij ſiue ſſ. cũ g̃ nõ ſit aliq̃ notio cõis ꝑ quã pr̃ vtriuſqꝫ pñcipiũ dicat̃ videt̃ ꝙ pñcipium nõ dicat̃ vniuoce d̃ patre reſpectu filij ꝛ ſſ. ¶ In his q̃ dicũt̃ vniuoce vnũ nõ ꝓſupponit aliud. qꝛ vniuocũ nõ ꝑdicat̃ ꝑ prius ꝛ poſteriꝰ. ſed ordie nature ꝓſupponit̃ ꝙ pater ſit pñcipiũ filij ad h̃ ꝙ ſit pñcipium ſſ. g̃ nomẽ pñcipij nõ dr̃ vniuoce vtrobiqꝫ. Sꝫ ꝯ nomẽ pñcipij ſm ꝓceſſionẽ ſumit̃. ſꝫ nomẽ ꝓceſſiõis dr̃ vniuoce de ꝓceſſiõe filij ꝛ ſſ. g̃ ꝛ nomen pñcipij reſpectu filij ꝛ ſſ. vniuoce dr̃. ¶ Cõmuniꝰ ẽ h̃ nomen pſona in diuis q̃ h̃ nomẽ pñcipiũ pſonaliter ſũptũ. ſꝫ hoc nomẽ pſona dr̃ vniuoce vt ſupra dictũ ẽ. g̃ multo fortius h̃ nomẽ pñcipium. R̃o dõm ꝙ diuerſitas nõ variat ſpeciẽ generꝰ cõis vniuocatiõez eo ꝙ differentie rõne generis nõ ingrediũt̃. dicit̃ g̃ ꝙ hoc nomen pñcipiũ pſonaliter ſũptũ ſignificat cõmunicatõez eiuſdẽ nature numero in generali vnde q̃d cõmunicet̃ ꝑ hũc vel ꝑ illum modum i diuis nõ variat rõnem pñcipij. ꝛ ideo vniuoce dr̃ pater pñcipiũ filij. ꝛ pater ꝛ filiꝰ ẽ ſſ. pñcipium ſſ. Ad primũ g̃ dõm ꝙ i rõne pñcipij nõ includit̃ neqꝫ generatio neqꝫ cõis ſpiratio. ſꝫ origo cõis. ꝛ ideo dñia generatõis actiue ꝛ cõis ſpiratõis vniuocatiõez pñcipij non tollit. Ad ſcõm dõm ꝙ nomẽ pñcipij imponitur ab aliq̃ notionali cõmuni q̃d ẽ a quo aliꝰ q̃d tamen notio nõ ponit̃. qꝛ notio debet eẽ ſpẽlis vt ſupra dictũ eſt. Ad tertiũ dõm ꝙ nihil ꝓhibet coꝝ de q̃bus aliquid vniuoce ꝑdicat̃ vnuꝫ eẽ prius altero vel cauſã alteriꝰ. ſicut binariꝰ ternario. ſꝫ h̃ oportet ꝙ i rõne eius ꝙ vniuoce ꝑdicat̃ ordinẽ nõ habeãt nec aliquã difformitatẽ.

D q̃rtum ſic ꝓcedit̃ ꝛ videt̃ ꝙ pr̃ ꝛ filius non ſint vna notiõe pñcipiũ. ſicut eñi actus ita ꝛ ꝓprietas numerũ trahit a ſuppoſitis. ſꝫ pr̃ ꝛ filius ſũt duo ſuppoſita. ꝛ hac rõne verba q̃ ſignificãt actũ ꝑ modũ actꝰ d̃ eis pluraliter ꝑdicãt̃ vt patꝫ Jo. x. Ego ꝛ pater vnũ ſumꝰ. g̃ nõ põt eẽ vna notio vel ꝓprietas patris ꝛ filij. ¶ In diuis relatões ſũt ſubſiſtẽtes. ſed non o ſm quã pater ꝛ filius dicũtur pñcipiũ ſſ. eſt q̃dam relatio. g̃ eſt pſona ſubſiſtẽs. ſi g̃ eſt vna relatio qua pater ꝛ filius ad ſſ. referũtur. erit vnã pſona ſubſiſtẽs vtriqꝫ q̃d eſt hereticum. ¶ Cõis ſpiratio opponitur ꝓceſſioni. ſꝫ ꝓceſſio eſt ꝓprietas pſonalis ergo ꝛ cõis ſpiratio. ſed vna ꝓprietas pſonalis ẽ tm̃ vnius ꝑſone. g̃ nõ poteſt eẽ patris ꝛ filij vna ꝓprietas ſm quaꝫ pñcipium ſſ. dicatur. Sꝫ ꝯtra pater ꝛ filiꝰ ſũt vnum pñcipiũ ſſ. g̃ forma ſignificata i nomẽ pñcipij eſt vna i vtroqꝫ. hoc eñi eſt de natura nominũ ſubſtantiuoꝝ vt ex ꝑdictis patꝫ. ¶ ſm Anſ. pr̃ ꝛ filiꝰ i oĩbus idem ſũt p̃ter ea in q̃bus diſtinguunt̃ ꝑ relatõem originis ſed in ꝓprietate ꝑdicta nõ diſtinguũt̃ ſm relatõem originis. g̃ ꝑdicta ꝓprietas eſt vna i vtroqꝫ. R̃o dõm ꝙ quandocunqꝫ plures aliq̃d vnũ operant̃. oportet ꝙ operatio ſingulorũ ſit ꝑnalis reſpectu cõmunis operationis qua operatuꝫ efficit̃. ſi ſinguli habeant diſtinctas operationes ſicut patet in trahẽtibus nauem. conatus eñi vniuſcuiuſqꝫ eſt ꝑs totius tractionis q̃ ex oĩbus actionibꝰ ſingularibꝰ reſultat. nõ aũt poteſt dici ꝙ pater ꝛ filius ꝑtialit̃ ſint pñcipium ſſ. quia ſic eẽt vterqꝫ inſufficiẽs ꝛ deficientis

virtutis. vñ oportet ꝙ vtriuſq; actus notionalis ſit vnꝰ numero ⁊ ꝑ ꝯſequēs ꝓprietas q̄ itelligit̄ illiꝰ actꝰ notionalis ꝑncipiū ſit vna numero i vtroq;. Ad ꝑmum ḡ dōm ꝙ i ſuppoſitis diuerſis ꝑ eſſentiā nō pt̄ eſſe vnus actꝰ numero nec vna ꝓprietas. ſ; ſi vnius ſint eēntie pn̄t i vno actu ꝯuenire ⁊ i vna ꝓprietate. q̄uis oporteat actū vel ꝓprietatē pluralit̄ ꝯſignificari ſi adiectiue vl' inhereter dicāt̄. n̄ aūt ſi ſubſtātiue. Ad ſcdm dōm ꝙ ſic̄ diuinitas i diuis n̄ ē niſi ſubſiſtēs ⁊ tn̄ vna deitas ē pr̄is ⁊ fi. q̄ ſūt duo ſubſiſtētes ex alia rōne diſtincti. ſilr̄ ⁊ de cōi ſpiratiōe oportet itelligi. Ad tertiū dōm ꝙ ꝓceſſio ꝑ i telligit̄ i ꝑſona. ſſ. qd̄ req̄rit̄ ad h̄ ꝙ ꝓprietas ꝑſonalis ſit vt ſup̄ dictū ē. ⁊ iōo ē ꝓprietas ꝑſonalis eiꝰ. ſed cōis ſpiratio nō pt̄ eē ꝑma notio q̄ i pr̄e vel filio itelligit̄ tū ordine nat̄e p̄ſupponat̄ generatio cōi ſpirationi inq̄ itū generās ⁊ genitū ſil' ſpirāt vñ nō pt̄ eē ꝓprietas ꝑſonalis

DI. XXX

Vnt enim quedā ⁊c.

Hic q̄rūt̄ q̄tuor. Primo vtr̄ relatio dei ad creaturā ſit aliquid i deo. Scdo vtr̄ dicat̄ de deo ex tp̄e. Tertio vtr̄ aliq̄d abſolutū d̄ deo poſſit dici ex tp̄e. Quarto vtrū aliq̄d ſignificās relatōem dei ad creaturā poſſit dici de deo ab eterno.

Ad ꝑmū ſic ꝓcedit̄ ⁊ videt̄ ꝙ noīa q̄ imꝑtant relatōem dei ad creaturā aliquā relatōem in deo realiter ponāt. ſupra eni dictu; ē ꝙ pr̄ eſt ꝑncipiū filij ⁊ creature ⁊ nō oino equoce ſed d̄r ꝑncipiū filij ſm aliquā relatiōem q̄ eſt i deo realiter. ḡ ⁊ deꝰ filiꝰ d̄r ꝑncipiū creat̄e ſm aliquā relatōe; realem. ¶ Quedā ſūt relatiua ſm dici vt ſcia q̄dā ſm eſſe vt pr̄ ⁊ filius. ſ; de deo reſpectu creaturarū dicūt̄ ⁊ ea que ſūt relatiua ſm eē ſicut dn̄s ⁊ alia hmōi: ḡ hmōi relationes nō ſolū ſm nomen vel ſm rōne; i deo ſūt ſ; etiā ſm eē. ¶ Cuilibet relatōi r̄ndet aliq̄ relatio oppoſita. ſ; i creaturis ē aliq̄ relatio realis ꝑ quā referūt̄ ad deū ḡ alicubi ad deū. ḡ alicubi ē oppoſita relatio. ſ; nō i creaturis ipſis neq; i itellectu. q2 ſic n̄ referūt̄ niſi ad creat̄as ⁊ ad itellectū. ḡ hmōi relatio eſt i deo ad quē creatura nō refert̄. Sz ꝯtra relatiua ſūt ſimul natura ſm pħm. ſ; quicq̄d i deo eſt. ē oi eo qd̄ ē i creatura ꝑus naturaliter ḡ i deo n̄ ē aliq̄ relatio ad creaturā realit̄. ¶ Quicq̄d eſt i deo eſt ſubſiſtēs ⁊ eſt eēntia diuina. ſi ḡ aliq̄ relatio ad creaturā eēt i deo realiter ſeq̄ret̄ ꝙ eēt diuina eēntia ⁊ ita cū relatio depēdeat ab eo ad qd̄ d̄r ſeq̄ret̄ ꝙ deꝰ ſm eſſenciā ſuam eēt dependēs a creaturis qd̄ ē impoſſibile. Rō dōm ꝙ relatio nō ē aliud q̄; q̄dam habitudo vniꝰ ad alter̄. vnde ſm ꝓpriā rōnem nō haber ꝙ ſit aliq̄d in eo de quo d̄r. ſed h̄ aliq̄n h; ex habitudinis cauſa. cauſa aūt habitudinis q̄n̄q; eſt i vtroq; extremor̄. q̄n̄q; i neutro. q̄n̄q; i altero tm̄. in vtroq; ſicut eq̄litatis cā eſt in vtroq; equalium. ſez q̄ntitas. ⁊ ideo vtrūq; rōne ſue q̄ntitatis realiter refert̄ ad alter̄. In neutro vō ē q̄n habitudinē ſolꝰ itellectꝰ cauſat ſicut pt; in relatōe idēptitatis. nam itellectꝰ bis accipiēs eādē rē adinuenit habitudinē idēptitatis. ⁊ ideo idēptitas nō eſt relatio realis. ſed rationis tm̄. In altero vero tm̄ exiſtit habitudinis cauſa q̄n vnū depēdet ad alter̄. ⁊ nō ecōuerſo ſicut ſcia noſtra depēdet a ſcibili. vñ ex hoc qd̄ in ipſa ſcia eſt cauſat̄ i ea habitudo ad ſcibile. ⁊ ſic i ſcia eſt realis relatio. ſ; ſcibile nō depēdet ad ſciam nr̄am. vnde ex pte eiꝰ nō eſt eā qd̄ referat̄ ad ſciam ſ; ſolū ex pte itellectꝰ nr̄i q̄ intelligit ipm̄ ſub rōne eiꝰ ad qd̄ relatio ſcire terminat̄. ⁊ ꝓ tanto nō ē falſus nec vanꝰ. q2 ḡ deꝰ vel creator n̄ depēdet a creatura ſ; ecōuerſo. Inde ē ꝙ noīa q̄ dicunt̄ relatiue d̄ deo ad creaturas ſignificāt ſolū relatōe; rōnis

que vō dicūt̄ ecōuerſo ſignificāt relatōes reales. Ad ꝑmū ḡ dōm ꝙ pr̄ d̄r ꝑncipiū filij ꝑ cōicatōe; diuie eſſentie q̄ ē i vtroq; eq̄liter. ⁊ iōo i vtroq; ē relatio realis. ſ; deꝰ pr̄ d̄r ꝑncipiū creature inq̄ itū cōicat ſibi ſilitudine; q̄ eſt i creatura ⁊ non i deo. ⁊ ideo nō ē ſil'e. Ad ſcdm dōm ꝙ nō oia relatiua ſm eē imꝑtāt relatōem realem vt pt; de idēptitate ſic̄ nec econtrario relatiua aliq̄ ſm dici imꝑtāt relatōe; rōnis vt pat; in ſcia. dicunt̄ eni relatiua ſm dici q̄n ꝑncipale ſignificatū nomis nō ē relatio. ſ; aliq̄d aliud ad qd̄ ſeq̄t̄ relatio ſtue illa ſit realis ſiue nō. ſicut ꝑncipale ſignificatū huiꝰ nois ſcia ē q̄litas quā ſeq̄tur q̄dā reſpectus. ſ; ſm eē relatiua dicūt̄ q̄n ꝑncipale ſignificatū nois eſt ipſa relatio ſiue ſit realis ſiue nō. Ad tertiū dōm ꝙ cuilibet relatiōi opponit̄ alia relatio. q̄ q̄n̄q; ē i re ad quā relatio termiat̄ q̄n̄q; ē i intellectu tm̄ nō ſicut i relato. ſ; ſicut i intelligēte aliquid ſub relatōe. vnde nō oportet ꝙ oppoſita relatio referat̄ ad intellectū. ſ; ad rem q̄ ꝑ itellectū itelligit̄.

Ad ſcdm ſic procedit̄ ⁊ videt̄ ꝙ hmōi relatiua nō dicāt̄ de deo ex tp̄e. ſ; ab eterno. qd̄ eni eſt i potētia ⁊ nō i actu ē imꝑfectū. ſ; deꝰ ab eterno fuit dn̄s creature i potentia. ſi ḡ non fuit dn̄s i actu aliq̄d iꝑfectionis i ipō cadit qd̄ ē incōueniēs. ¶ Sm Amb. hoc nomē dn̄s nomen ē ptātis. ſed dei ptās fuit ab eterno. ḡ hoc nomē dn̄s ab eterno deo ꝯuenit. ¶ Nihil ꝓhibet relatōem rōnis eē entis ad non ens ſicut dicimur ꝑores his q̄ futuri ſūt. ſ; relatōes dei ad creaturas ſūt ſm rōnem tm̄. ḡ nihil ꝓhibet eas dici de deo etiā creaturis nō exñtibꝰ. ⁊ ſic pn̄t dici d̄ deo etiā ab eīno. Sz ꝯ dn̄s nō d̄r niſi q̄ h; ſuū. ſ; nihil fuit ab eīno qd̄ deo ſuiret. ḡ deꝰ nō pt̄ dici dn̄s ab eterno. ¶ Ad h̄ ē auctas Aug. q̄ i lr̄a h̄et̄. Rō dōm ꝙ q̄ñcūq; relatio ē realiter i vno relatiuor̄ tm̄. illd̄ in q̄ nō ē relatio nō d̄r relatiue. q2 ipm̄ referat̄. ſ; q2 aliud refert̄ ad ipm̄ ſicut d̄ ſcibili pħs dicit i. v. me. vñ pt; ꝙ noia ꝑdicta dicūtur d̄ deo relatiue ex h̄ ſolo ꝙ creata refert̄ ad ipm̄. q2 ꝑ hoc itelligit̄ a nobis ipe referri ad creaturas. vñ cū creatura nō ab eīno referat̄ ad deum ſ; ex tp̄e ex quo cepit pt; ꝙ hmōi relatiua nō dicūt̄ de deo ab eterno. ſ; ex tp̄e. Ad primū ḡ dōm ꝙ ſicut hmōi relatiōes deo attribuūt̄ nō q2 ipe referat̄. ſ; q2 creatura refert̄ ad ipm̄ ita dicūtur d̄ deo i actu vel i potētia per h̄ ꝙ creatura ē i potētia vel i actu. Ad ſcdm dōm ꝙ h̄ nomē dn̄s d̄r eē nomen poteſtatis nō ſic̄ primi ſignificati ſed ſic̄ cauſe ꝓximi ſignificati. ſignificat eni ꝓxime relatōem q̄ ſupra poteſtate; fundat̄ ſicut ſi diceret̄ ꝙ eq̄litas ē nomē q̄ntitatis. Ad tertiū dōm ꝙ ens nō itelligit̄ referri ad nō ens ex h̄ ꝙ nō ens referat̄ ad ipm̄ ſicut ē i ꝓpoſito. ⁊ iōo rō nō ſeq̄t̄.

Ad tertiū ſic ꝓcedit̄ ⁊ videt̄ ꝙ aliqd̄ abſolutu; poſſit de deo dici ex tp̄e deus eni ex tp̄e d̄r homo qd̄ ē ꝑdicatū abſolutū. ḡ aliq̄d abſolutu; de deo ꝑdicat̄ ex tp̄e. ¶ Propter hec relatiua de deo ex tp̄e dici pn̄t vt videt̄ q2 nō dicūt̄ de deo ſm rē ſ; ſm rōne; tm̄. ſ; alia abſoluta pn̄t hmōi eē ⁊ ꝑcipue negatiua. q2 negacio nihil ē niſi ſm rōnem. ḡ aliq̄d abſolutū de deo dici pt̄ ex tp̄e. ¶ Omne relatiuū ſup̄ aliqd̄ abſolutū fundat̄ ſ; aliq̄ relatiua de deo dicūt̄ ex tp̄e vt dictū eſt. ḡ oportet aliqd̄ abſolutum de deo dici ex tp̄e. Sed ꝯ omne nomē qd̄ abſolute ꝑdicat̄ in diuis ſignificat eſſenciā diuinā ſ; ipſa eſt eterna. ḡ nihil abſolutum de deo pt̄ dici ex tp̄e. ¶ Cuicūq; ꝯuenit de nouo aliq̄d abſolutū hoc neceſſe ē mutari. ſ; deus ē imutabilis ḡ nihil abſolutū de deo pt̄ dici ex tp̄e. Rō dōm ꝙ vbicūq; aliq̄d de nouo d̄r oportet ꝙ h̄ ſit ex aliq̄ mutatiōe ꝓcedēte. vel circa ipm̄ de q̄ d̄r. vel circa aliq̄d aliud mutatio aūt nō pōt ꝯſiderari i deo ſ; i creaturis ſolum. ⁊ iōo

ſi intellectꝰ tũ nõ trãſeat in exterioꝛem materiã eſt in ipo intelligẽte. vt patet ꝑ phm. ix. me. opatio ergo itellectualis dei eſt in ipo deo. ſed quicquid eſt in deo eſt ſua eſſentia alias eſſet in eo aliqđ accidens. ergo ipm intelligere dei eſt ipa eſſentia. ℞ꝰ dicendum ꝙ quãcunqꝫ ſuba rei ẽ aliud ꝙ̃ eius opatio ſuba eſt ĩ potẽtia reſpectu opationis nã ſm opationem res eſt in ſuo vltimo cõplemẽto. impoſſibile aũt eſt diuinã ſubam eẽ in potẽtia reſpectu alicuius cũ ipa ſit actus purus ⁊ cõpletus. vnde neceſſe ẽ dicere ꝙ ſuba dei eſt ipa ſua opatio ex quo ſequit̃ ꝙ deo ſit idẽ eſſe ⁊ viuere ⁊ intelligere ⁊ beatũ eſſe nam ſuba dei eſt ſuum eſſe. Ad primũ ergo dicendum ꝙ eſſe ab aliq̃ in diuis accipit̃ dupliciter. Uno modo ſm originẽ rei ſicut filius eſt a patre. ⁊ ſic eſſentie diuine nõ cõpetit eẽ ab alio. Alio modo ſm originem rõnis inquantum ſcꝫ intellectus noſter ea que deo attribuit cõcipit ſm modũ rerum quas inſpicit. ⁊ ſic opationẽ ↄcipit vt ab alio exiſtẽtem inquantum apud nos opans non ẽ ipa opatio ſꝫ operationis pncipium. Ad ſcdm dicendum ꝙ opatio dei quãuis ſit eius eſſentia ſm ſubam tamen differt rõne. ⁊ ex hac pte ↄtingit ꝙ opatio itellectualis habet reſpectum ad res itellectas quẽ reſpectũ eſſentia nõ imptat. Ad tertium dicendum ꝙ ſicut itelligere eſt idẽ re cum eſſentia diuina differens rõne ita ⁊ velle. ⁊ ex hac pte qua ab eſſentia differũt etiam abinuicẽ diſtinguũt̃. ⁊ ideo alium reſpectuꝫ imptat velle ⁊ itelligere. ⁊ ꝓpter hoc nõ optet ꝙ oĩa ſint volita a deo ſicut ſcita ſunt.

D tertium ſic ꝓceditur ⁊ videt̃ ꝙ deus non intelligat ſe. omne enĩ qđ ſe itelligit cõprehẽdit ſe. qđ autẽ cõprehẽdit ſe finitũ eſt ſibi quorũ vtrũqꝫ habet̃ ab Aug. in li. lxxxiij. q. deꝰ autẽ nõ eſt ſibi finitꝰ. quia ſm phm in. vj. phiſic. Infinituꝫ nõ poteſt trãſiri neqꝫ a finito neqꝫ ab infinito. ergo deꝰ nõ intelligit ſe. ꝑ Sciẽtia ⁊ itellectus non ſunt niſi de vniuerſali. nam ſm boe. vniuerſale eſt dum itelligit̃ ſingulare dum ſentit̃. ſed deus nõ eſt vniuerſale. qꝛ ſic nõ eẽt ſubſiſtens. ergo deus a ſeipo itelligi non poteſt. ꝑ Sicut ſe habet ſenſibile ad ſenſũ. ita itelligere ad itellectum vt dicit̃ in li. de a. ſed ſenſibile a ſenſu nõ cognoſcitur quãdo eſt in naturam ſcientis ꝑ ſumi vt patet de calore febris ethice. ergo multominꝰ itelligibile qđ eſt oĩno idem itellectui poteſt ab itellectu intelligi. ⁊ ſic deus nõ poteſt itelligere ſeipm. Sed ↄtra eſt qđ yſid. dicit ꝙ trinitas ſibi ſoli nota eſt ⁊ homini aſſumpto. ꝑ Quãto ẽ nobilius itelligibile tanto eſt nobilius ipm itelligere. ſed intellectus creatus poteſt intelligere deum. ſi ergo deus ſeipm non itelligit cum nullum itelligibile deo equari poſſit itelligere creature nobiliꝰ erit ꝙ̃ intelligere dei qđ eſt impoſſibile. ergo deus intelligit ſeipm. ℞ꝰ dicendum ꝙ aliq̃ forma ex hoc ẽ itelligibilis qđ eſt imaterialis qđ patet ex hoc qđ ab itellectu nr̃o nihil poteſt itelligi niſi poſt omnimodã depuratõem a materia ⁊ materialibꝫ ↄditionibꝫ. ⁊ qꝛ itelligibile eſt ꝑfectio intellectꝰ inquantũ eſt itelligens actu. ꝑfectio aũt oĩs eſt ꝑfectibili ꝓportionata. ideo optet ſubam itelligentem eẽ imaterialem. ⁊ in hoc ↄueniunt itelligibile ⁊ intelligẽs differũt autẽ in duobꝫ ſcꝫ in hoc ꝙ intelligẽs optet eſſe ſubſiſtens ſicut ⁊ quodlibet opans nõ aũt formã itelligibilem. ⁊ ĩ hoc qđ itelligibile cõpatur ad intelligenteꝫ vt actus ad potẽtiã. ſi ergo aliq̃ res imaterialis ſit ſubſiſtens. ⁊ vltima cõpletione cõpleta abſqꝫ diſtinctõe potẽtie ⁊ actꝰ. illa res erit itelligens ſeipam. hmõi aũt deus eſt vnde ipe ſeipm ꝑfecte itelligit. Ad primũ ꝙ deus itelligit ſe ⁊ cõprehendit ſe non obſtante ꝙ eſt infinitus. nõ enĩ ẽ infinitus ꝑuatiue q̃ſi habẽs ptem poſt partem abſqꝫ fine quas neceſſe ſit numerãdo ptranſire ad cõpletionem totius ſic enĩ eẽt impoſſibile ipm cõprehẽdi vel a ſe vel ab alio. eſt autẽ infinitꝰ negatiue. qꝛ eſſentia ſua nullo modo limitat̃. ⁊ ſimiliter nec ſuũ intelligẽ qđ eſt eius eſſentia vt ꝓbatuꝫ eſt. ſic ergo dicit̃ ſeipm cõprehẽdere inquantum eius eſſentia ſuũ itelligere nõ excedit ⁊ ꝓ tanto etiã dicit̃ eẽ ſibi finitus. phs aũt loquit̃ de infinito ꝑuatiue. ⁊ ſic ptꝫ ſolutio ad pmum. Ad ſcdꝫ dicendum ꝙ duplex eſt itelligibile. quoddã ex ſua natura. et hoc nõ eſt vniuerſale. ſꝫ res imaterialis ſubſiſtẽs ſicut deus. aliud ẽ itelligibile ex actu nr̃o qđ ſcꝫ nos facimꝰ itelligibile abſtrahẽdo. ⁊ hoc ẽ vniuerſale. Ad tertiũ dicendum ꝙ ſenſus ẽ virtꝰ materialis. vnde optet ꝙ cognoſcat ꝑ alteratõeꝫ ⁊ paſſionẽ qđ non põt eſſe niſi ſenſibile ſit diuerſuꝫ itellectus aũt diuinꝰ ẽ imaterialis ⁊ nullo mõ in potẽtia. ⁊ ideo nõ eſt ſimile.

D quartum ſic ꝓceditur ⁊ videtur ꝙ deus nõ cognoſcat alia a ſe. intelligere enĩ ẽ ꝑfectio itelligentis. ſi ergo deus itelligit aliud a ſe aliquid aliud ab ipo erit perfectio ipius quod eſt impoſſibile. ꝑ Actus diſtinguit̃ ſm obiecta. ſꝫ itelligere dei eſt vnica ſimplex opatio cum ipa ſit ipa dei eſſentia. ſi ergo itelligit ſeipm nihil aliud a ſe itelligit. ꝑ Cognitio fit rõne ſimilitudinis q̃ eſt iter cognoſcenteꝫ ⁊ cognitum. ſed iter deum ⁊ creaturas eſt minima ſimilitudo. ſi ergo deus cognoſcit eas imꝑfectiſſime cognoſcit qđ eſt incõueniẽs. nõ ergo cognoſcit eas. Sꝫ cõtra eſt qđ dicit̃ Heb. iiij. Omĩa nuda ſũt ⁊ apta oculis eius. ꝑ Quicũqꝫ ſcit vnum reliquoꝝ ſcit ⁊ aliud. ſed deus eſt pncipium creaturaꝝ. cuꝫ ergo ipe cognoſcat ſe ipm cognoſcit ⁊ creaturas. ℞ꝰ dicendum ꝙ ex hoc aliquis ẽ alioꝛum itellectiuꝰ ꝙ illa ſunt apud ipm modo itelligibili ſicut ſpẽs rerum apud itellectũ. optet aũt effectus ĩ ſua cauſa aliq̃liter p̃exiſtere ⁊ nobilius ꝙ̃ ĩ ſeipis. agẽs enĩ ꝓducit ſibi ſimile nec agit vltra ſue ſpeciei virtutem ſic ergo optet creaturas eẽ ĩ deo q̃ eſt eaꝝ cauſa nec põt in eo eſſe niſi ꝑ modũ ipiꝰ dei. qꝛ vnũqđqꝫ ineſt alicui ꝑ modũ eius in quo eſt. vnde cum deꝰ ſit imaterialis ⁊ intellectualis nature creat̃a ẽ in ipo imaterialiter ⁊ intelligibilit̃. Ad primũ ergo dicendum ꝙ itelligẽtia eſt ꝑfectio itelligẽtis rõne ſue ſimilitudis q̃ itelligit̃ creature aũt non ꝑ aliam ſpeciẽ a deo intelligunt̃ ꝙ̃ ꝑ eſſentiam dei rõne cuiꝰ creature ĩ deo ſunt. nã creatura ĩ creatoꝛe ẽ creatrix eſſentia ſm Anſ. vnde nõ ſeqtur ꝙ deus aliquo alio ꝑficiat̃. Ad ſcdm dicendum ꝙ actus diſtinguit̃ nõ ſm materialẽ diſtinctõem obiectoꝝ. ſꝫ formalẽ. i. ſm rõnem obiecti. ⁊ ſic nõ diſtinguũt̃ ea q̃ a deo cognoſcunt̃ tũ ⁊ ſe ⁊ alia ꝑ mediũ vnuꝫ cognoſcat. ſ. eſſentiã ſuaꝫ. Ad tertiũ dicendum ꝙ quãuis ſit maxima diſſimilitudo iter deuꝫ et creaturã ↄſiderata ꝓprietate natali vtriuſqꝫ tñ ſm modũ repñtatõis ẽ expſſiua ſilitudo inquantũ diuia eẽntia expſſiſſime repñtat creaturã hec aũt ſilitudo ⁊ ñ pma ad cognitõem reqritur. naꝫ ꝑ ſpeciẽ imaterialẽ res materiales cognoſcũt̃ ab itellectu noſtro.

D quintum ſic ꝓcedit̃ ⁊ videt̃ ꝙ deꝰ ſingularia nõ cognoſcat. itellectꝰ enĩ diuinus imaterialioꝛ ẽ ꝙ̃ noſter. ſꝫ intellectus noſter rõne ſue imaterialitatis ſingularia nõ cognoſcit. nam virtutes materiales ea tm̃ cognoſcũt vt imaginatio et ſenſus. ergo deus ſingularia nõ cognoſcit. ꝑ Singulare indiuiduat̃ ꝑ materiã ſed materia cũ ſit in potẽtia ſolũ nõ habet ſimilitudinẽ ĩ deo q̃ eſt actus purꝰ. ⁊ ſic ab eo nõ cognoſcit̃. ergo nec ſingulare. ꝑ Deꝰ oĩa cognoſcit ꝑ vnã eſſentiã ſuam. ſed vnũ non põt eẽ ꝓpria rõ multorum ita ꝙ ſit vniuſcuiuſqꝫ tũ de rõne ꝓprij ſit ꝙ alij nõ ↄueniat. ergo deus non habet ꝓpriam cognitionem de rebus. ſed ſolũ cõmunẽ. ⁊ ita non cognoſcit ſingularia

Sed cõtra null⁹ poteſt gubernare ꝛ iudicare ea que
nõ cognoſcit. ſed de⁹ res ꝑticulares gubernat ꝛ de acti-
bus ꝑticularibus iudicat. ergo ſingularia nõ cognoſcit
℗ qđ ſcitur tm̄ in vniuerſali ſcitur in potẽtia ꝗ qui
dem cognitio eſt impꝫfecta. ſi ergo deus ſcit res tm̄ ĩ vni
uerſali ſcit res impꝫfecte qđ eſt incõueniens. ℞⁹ dicẽ
dum ꝙ deus ſcit res ſm ꝙ eſt rerum cauſa. ſic enĩ oſten
ſũ eſt res in deo exiſtere ꝛ ꝑ ꝯſequens ab eo intelligi. ipſe
autẽ eſt cauſa rerum non ſolũ ꝗ̄tum ad naturã cõmu-
nem. ſed etiã ꝗ̄tuꝫ ad oĩa determinãtia ꝛ indiuidu-
antia naturã cõmunem ꝛ etiã ꝗ̄tũ ad oẽs cauſas pri-
mas ꝛ remotas. ita ergo deus ſcit res nõ ſolum ꝗ̄tum
ad naturã cõmunem vt ꝗdam dixerunt neqꝫ ſolum ſm
rõnem generis ꝛ ſpeciei vt alijs viſum eſt. ſed etiã ꝗ̄tuꝫ
ad ſingl'aritatẽ vniuſcuiuſqꝫ. vnde ꝑfecte cognoſcit ſin
gulare ſicut ille ꝗ cognoſceret oĩa ꝑncipia cõmunia ꝛ
indiuiduantia ꝛ oẽs cauſas ꝓrias ꝛ remotas alicuius
ſingularis ꝑfecte ipm̄ cognoſceret. Ad primuꝫ dđm
ꝙ ſpecies itellectus noſtri a rebus accipiũt̃ ꝗ nõ agunt
niſi rõne forme. vnde ſpecies itelligibiles cõꝑantur ad
res rõne formarũ ſuarum. ꝛ ideo ꝑ eas nõ cognoſcitur
ſingulare qđ nõ indiuiduat̃ ex forma ꝑ̄ſertim cuꝫ tales
ſpecies ĩmaterialiter in itellectu recipiãtur ſed eſſentia
diuina ꝑ quã deus itelligit ẽ repꝛ̄ſentatiua forme ꝛ ma-
terie inꝗ̄tum eſt vtriuſqꝫ cã. ꝛ ideo nõ eſt ſimile. Ad
ſcđm dicẽduꝫ ꝙ ſm hoc ſimilitudo rerum eſt ĩ deo ſm
ꝙ res deum imitat̃. res enĩ ſimilis dicit̃ imagini ſiue in
ꝗ̄tum imago eam imitat̃. ꝛ ꝑ hunc moduꝫ diuia eſſen-
tia eſt ſilitudo materie et cuiuſlibet entis. qꝛ vnũqđqꝫ
inꝗ̄tuꝫ ꝑticipat de eſſe in tm̄ diuinã eſſentiã imitatur
Ad tertium dđm ꝙ eſſentia diuina ẽ exemplar ꝓpriũ
cuiuſlibet rei ſingularis ex hoc ꝙ alio ꝛ alio mõ diuer-
ſe res eã imitãt̃ ſed nulla ꝑfecte.

DI. XXXVI

Olet hic queri cũ oĩa

dicant̃. Hic ẽ duplex ꝗ̄ſtio Pria de re
bus a deo ꝯditis. Scđa đ ydeis. Cir
ca primã duo ꝗrũtur Primo vtrum ea que deus co
gnoſcit in deo ſint. Scđo vtrũ mala cognoſcat.

D primũ ſic ꝓceditur ꝛ videtur ꝙ ea que de⁹
cognoſcit nõ oĩa ſint in ipo deus enim co-
gnoſcit res in ꝓpria natura exiſtentes. ſꝫ res
ſm ꝙ ſũt in ꝓpria natura non ſũt ĩ deo. quia
ſm ꝙ ſũt in deo ſunt creatrix eſſentia vt Anſ. dicit ergo
ea que deus cognoſcit nõ ſunt in deo. ℗ Si creatu
re ſunt ĩ deo aut ꝑ ſuam eſſentiã aut ꝑ ſuam ſimilitudi-
nem nõ autẽ ſunt ꝑ ſuam eſſentiã. quia ſic eſſentialiter
eẽnt deus. cuꝫ oĩe qđ eſt in deo deus ſit. nec ꝑ ſimilitu
dinem. quia ſic res verius eẽnt in ſeipſis ꝗ̄ in deo qđ ẽ
incõueniens. ergo creature a deo cognite non ſũt ĩ deo
℗ Jo. j. dicit̃ qđ factum ẽ in ipo vita erat. ſed qđ in
deo eſt vita in ſe ẽ viuẽs alias exẽplatuꝫ diſcordaret ab
exẽplari multe aũt creature ſũt nõ viue. ergo nõ omnes
creature ſunt in deo. Sed ꝯtra eſt qđ dicit̃ Roma. xj
ex quo oĩa ꝑ quẽ oĩa in quo oĩa ꝛc̃. ℗ Oĩe cõ
tentum eſt in cõtinente ſed creature ꝯtinentur a deo. er
go creature ſunt in deo. ℞⁹ dicendũ ꝙ aliquid dicit̃
eſſe in aliquo dupliciter. Uno modo ſm ſuam eſſentiã
Alio modo ſm ſuam ſimilitudinẽ. quia ſimilitudo rei
quodãmodo ẽ res ipſa vtroqꝫ aũt modo creatura ĩ deo
eẽ dicit̃. nam ipſe res create ꝓut in ꝓprijs naturis exiſtũt
a deo in eſſe ꝯtinẽtur. ꝛ ſm hoc in deo eſſe dicuntur vt
in cõſuãte ꝛ ꝯtinẽte ſm illđ act. xvij. ĩ ipo viuim⁹ mo-
uemur ꝛ ſumus oẽs etiã creature vt ſupra dictũ eſt dei
eſſentiam imitãtur. vnde ſunt in deo etiã ꝑ ſimilitudi-
nem. Sed hoc ꝯtingit dupliciter. ſcꝫ ſm ſimilitudinẽ
cognoſcẽtis. ꝛ ſm ſimilitudinẽ cauſe agentis. nã agẽs
agit ſibi ſimile ſicut ꝛ cognitio fit ꝑ ſimilitudinem hec
autem duo in creaturis diſtinguũtur. nam aliquid eſt
in aliquo vt in potẽtia actiua eius exiſtens qđ non ẽ in
eo ꝑ modum cognoſcibilem ꝛ econtrario. In deo vero
iſti duo modi coniungũtur. nam hoc modo cognoſcit
res quo cauſat eas. Ad primum ergo dicendũ ꝙ res
ipſe ꝑ eſſentiam ſuam a deo cognoſci poſſunt inꝗ̄tum
per ſimilitudinẽ ſuam in deo ſunt. nam ſimilitudo rei
in intellectu exiſtens eſt cauſa ꝙ res que ẽ extra animã
cognoſcatur. Ad ſcđm dicẽdum ꝙ res habent veri⁹
eſſe in deo ꝗ̄ in ſeipſis. ſed tm̄ nomen rei impoſitum ſm
rõnem ꝓprie ſpeciei magis ꝓprie ꝑ̄dicatur de re in ꝓpria
natura exiſtente ꝗ̄ ſm ꝙ eſt in deo ſicut ſimilitudines re
rum materialiuꝫ in intellectu noſtro habent nobilius
eſſe ꝗ̄ in ipſis materialibus reb⁹ ꝗ̄uis res materialis ma
gis ꝓprie dicatur homo vel lapis ꝗ̄ ſpecies que eſt ĩ ani
ma. Ad tertium dicendũ ꝙ ſimilitudo rei in anima
vel in deo poteſt dupliciter cõſiderari. Uno modo ſm
eſſe qđ in deo habet. ꝛ ſic dicitur eſſe vita in ipo. ſic enĩ
eſt ipſe deus qui eſt vita. Alio modo ſm rõnem forme ꝑ
quã repꝛ̄ſentat rem exemplatã. ꝛ ſic reſpõdet ei res crea
ta ꝛ non ꝑ̄mo modo. vnde non oportet ꝙ ſola viuẽtia
ſint in deo.

D ſcđm ſic ꝓceditur ꝛ videtur ꝙ deus nõ co-
gnoſcat mala. deus enĩ cognoſcit res inꝗ̄tuꝫ
eſt cauſa rerum. ſed deus non eſt cauſa malo
rum. ergo videtur ꝙ non cognoſcat mala.
℗ Ex hoc creature in deo eẽ dicũtur ꝙ a deo cogno
ſcũtur. ſed mala non ſunt ĩ deo. ergo mala deus non co
gnoſcit. ℗ Quicquid cognoſcitur cognoſcit vel per
ſimile vel ꝑ contrarium. ſed mala non habent ſimilitu
dinem ĩ deo cum ſit ſũmum bonuꝫ nec eius eſſentie cõ
trariãtur. quia cum deus nõ ſit in genere nihil poteſt
eſſe ei cõtrariuꝫ. ergo mala deus non cognoſcit. Sꝫ
contra. nullus poteſt eſſe vltor eorum que ignorat. ſed
deus eſt vltor malorum. ergo ipſe cognoſcit mala ℗
Nullum bonum ſũmo bono poteſt deeſſe. ſed cognitio
mali quoddã bonum ẽ cum ꝑ eam mala vitentur. ergo
deus cognoſcit malum. ℞⁹ dicẽdum ꝙ ꝓpria cogni-
tio de aliquo haberi nõ poteſt niſi cognoſcatur ꝓut eſt
diſtinctum ab omnibꝫ alijs que ꝗdeꝫ diſtinctio in affir
matione ꝛ negatõe conſiſtit. vnde oportet ꝙ quicunqꝫ
habet alicuius rei cognitionẽ ꝓpriaꝫ ꝙ negationẽ eius
cognoſcat. ꝛ eadem rõne ꝑ̄uationẽ que eſt negatio que
dam. cum ergo deus vt ex ſupra dictis patet omniũ re
rum ꝓpriam notitiam habeat omniũ rerum negatiões
ꝛ ꝑ̄uationes cognoſcit. vnde noticia mali deo nõ deeſt
ꝗ̄uis aliquãdo dicatur neſcire malos inꝗ̄tum eos nõ
approbat. ſic enim dicit̃ neſciẽs quaſi ad modum neſci
entis ſe habẽs Ad primũ ergo dicẽdum ꝙ ꝗ̄uis de⁹
cauſa malorum culpe non ſit eſt tamen cauſa bonoruꝫ
que ꝑ illa mala ꝑ̄uantur ꝑ quorum cognitionem illa co
gnoſcit nec hoc ẽ ex impꝫfectõe diuine ſciẽtie vt mala ꝑ bo
na cognoſcat. quia mala aliter cognoſcibilia non ſunt
cum non habeant ſpeciem ſꝫ ſit ꝑ̄uatio ſpeciei. Ad
ſcđm dicendũ ꝙ creature dicuntur eſſe in deo rõne co-
gnitionis inꝗ̄tum habẽt in ipo ſimilitudinẽ qđ malis
non competit. vnde nullo modo ſũt in deo poſſunt tã-
men dici eſſe in eius ſciẽtia; ſm ꝙ in ſciẽtia alicui⁹ eẽ di
citur oĩe id qđ ꝑ ſciẽtiam cõꝑ̄hendit̃ur. Ad tertium
dicẽdum ꝙ mala ꝗ̄uis nõ ſint ſimilia vel ꝯtraria diuine
eẽntie. ſũt tamẽ ꝯtraria diuinis effectibꝫ ꝗ diuine eſſentie

ſimilātur. ⁊ ſic ꝑ eoꝝ ſimilitudinē cognoſcūtᷣ a deo.

Einde q̄ritur d̄ ydeis

Et circa hoc q̄runtur duo. Primo an omniū que deus cognoſcit ydee i deo ſint. Scd̄o de plīitate ydeaꝝ.

D primū ſic ꝓceditur. ⁊ videtur ꝙ rerum q̄s deus cognoſcit nō oportet ydeas in eo ponere. dicit enī Dyo. vij. ca. de diui. nominibus ꝙ deus nō cognoſcit res ſm ydeas. ſed ydee nō ponunᷣ i deo niſi ad cognoſcēdum. ergo ydeas nō eſt ponere in deo. ℗ Perfectiſſim⁹ modus cognoſcendi eſt deo attribuēdus. hoc autē eſt cognoſcere rem ꝑ ſuam eſſentiam. ergo de⁹ cognoſcit res ꝑ earum eſſentias. ergo nō ꝑ ydeas. ℗ Deus cognoſcit nō ſolum entia ſed etiaꝫ nō entia. ſed nō entium ydee non ſunt in deo. ergo non oīm que a deo cognoſcitur ydeas habet ℗ Materia ꝓma non poteſt habere ydeam in deo cū ydea ſit forma nec etiā ſingularia cū ſint infinita nec accidētia cū ydee ꝑticipēᷣ ab ydeatis. accidētia vero nō ꝑticipant ſꝫ ſunt ipē ꝑticipatiōes. ⁊ hec tamē oīa deus cognoſcit. ergo nō oīa que deus cognoſcit habēt ydeas in ipſo. Sed ꝯtra eſt qd̄ Aug⁹ dicit in li. ꝑ ciui. dei. ꝙ negat ydeas eē infidelis eſt. quia negat filium eſſe. ergo neceſſe ē ydeas ponere ℗ Om̄e agens ꝑ īcellectum habet rōnem ſui oꝑis apud ſe. ſed deus eſt hmōi ergo rōnes rerum ſunt apd̄ deum quas ydeas dicim⁹. Rᷤ dicēdum ꝙ circa creaturas duplex fuit antiquoꝝ error. vnus ponētium res a caſu ꝯſtitutas. aliꝰ ponētiuꝫ res ꝓceſſiſſe a ꝓmo ꝓncipio ꝑ neceſſitateꝫ nature quoꝝ vterqꝫ excluditur ꝑ poſitōem ydearū. nam ydea eſt forma exēplaris ad cui⁹ imitatōem fit aliquid ea aūt que ꝯſtituūtur a caſu non fiūt ad aliquid imitandum. ſimiliter qd̄ agit ex neceſſitate nature nō dicitur aliquid facere ad exemplar. ideꝫ eſt ergo ydeas ponere ꝙ ponere mūdū factuꝫ ab aliq̄ arte ⁊ ꝓpter aliquem finē. finis autē rerum nō eſt aliꝰ q̄ꝫ deus. vnde ydee ad quarum imitatōem res mūdi ſunt facte non alibi q̄ꝫ in mente diuina ponende ſunt. Ad ꝓmuꝫ ergo dicēdum ꝙ intentio Dyo. eſt dicere ꝙ deus non cognoſcat res ꝑ ydeam acceptam a rebus. vn̄ alia trāſlatio dicit loco huiꝰ. neqꝫ ꝑ viſionem ſingulis ſe immittit. ⁊ ſic nō excludiᷣ om̄ino ydeas eſſe in deo. Ad ſcd̄m dicēdum ꝙ res ꝑ eſſentiam cognoſci nō poſſunt ab aliquo intellectu niſi ꝑ eſſentiaꝫ in itellectu exiſtant qualiter res non ſunt in intellectu diuīo. vnde non cognoſcit res alias ꝑ earum eſſentias ſed ꝑ ſuam ꝑ quā ꝑfectiꝰ repſentātur. Ad tertium d̄m ꝙ ydea cuꝫ nō dicat ſimilitudinē tm̄. ſed ſimilitudinē ad cuiꝰ imitationē aliquid fiat ꝓprie reſpicit practicā cognitōem quā habet artifex nō ſolum de his que facere ꝓponit. ſꝫ etiā de alijs que ꝑ artem fieri poſſunt q̄uis nō ſit actu practica niſi reſpectu eorum quoꝝ factio eſt in ꝓpoſito artificis. ⁊ ideo nihil ꝓhibet deum habere ydeas illoꝝ nō exiſtentium que facere poteſt vt itelligamus ydeam ad cuius imitatiōem fit vel natum eſt aliquid fieri. Ad q̄rtuꝫ d̄m ꝙ practica cognitio fertur i rem ſm ꝙ nata ē ꝑ artē ineſſe deduci. materia aūt ꝓma ⁊ accidētia que ꝯſecūtur ex ꝓncipijs ſube non ſūt nata in eſſe ꝓduci niſi ꝑ ꝓductionem ſubſtātie ꝑfecte. ⁊ ideo nō habēt ſeꝑatim ydeas ſꝫ cognoſcūtur ⁊ ꝓducūtur ꝑ ydeas ſubſtātiarum completarū. ſecus autē eſt de accidētibus ſeꝑabilibus q̄ ſeꝑatim ꝓducunᷣ. ⁊ ſic nihil ꝓhibet ſeꝑatim ea habere ydeas ſingularia vero quia ꝑ ſe exiſtūt in eſſe ſeperatim habēt ydeas non obſtāte eoꝝ infinitate ſi eſſet quia reſpect⁹ rōnis per quos plurificāᷣ ydee nihil ꝓhibet i infinitum multiplicari.

D ſcd̄m ſic ꝓceditur. ⁊ videtur ꝙ in deo non ſint plures ydee. quia ſm Dam̄. in diuis oīa vnum ſūt ꝑter ingeneratōem generatōem et ꝓceſſioneꝫ. ſed ꝑ hmōi nō diſtinguūtur ydee ḡ nō ſunt plures. ℗ In genere cauſe efficiētis ē deuenire ad vnum ꝓmum effectuꝫ. ſimiliter in genere cauſe finalis ad vltimū vnuꝫ finem. ⁊ i genere cauſe materialis ad vnam primā materiam. ergo ⁊ i genere cauſe formalis eſt ponere vnaꝫ primā formam. ſed hoc eſt ydea ergo eſt tm̄ vna ydea ℗ ydea diuerſificari nō pōt ſm aliq̄d abſolutum rōne ſimplicitatis diuie nec ſm relationes ꝑſonarum adinuicē quia ſic nō imꝑtaretur in eis reſpect⁹ ad creaturas nec iterū ꝑ reſpectū ad creaturas i ꝓpria natura exiſtētes. quia ſic nō eēnt plures ab eterno. nec iterum ꝑ reſpectum ad creaturas in deo exiſtentes. quia ſic ſūt vnuꝫ tm̄. ergo ydee nullo modo poſſūt eſſe plures Sed ꝯtra eſt qd̄ Aug⁹ dicit in li. lxxxiij. q. ꝙ nō eadem rōne homo ⁊ equus eſt ꝯditus. ſed diſtinctio eſt cauſa numeri. ſūt ergo plures rōnes vel ydee rerum in deo. ℗ Heb. xj. Fide credimus aptata eē ſecula verbo dei vt ex inuiſibilib⁹ viſibilia fierent. hec aūt inuiſibilia nihil aliud ſūt q̄ꝫ ydee. ḡ ſūt plures ydee Rᷤ d̄m ꝙ cuꝫ ordo ⁊ diſtinctio rerum a diuina ſapientia ꝓceſſerint. oꝑtet ponere ꝙ diuerſaꝝ rerum diſtincte rationes apud deuꝫ ſint qd̄ hoc modo poteſt itelligi. ſi intelligamus ydeam nō ſolum id quo itelligitur. ſꝫ etiaꝫ id qd̄ itelligitur. artifex enī ꝓmo excogitat formam domus ꝑ quā vlterius ei⁹ cognitio deriuatur in opus. vn̄ ipm̄ excogitatū eſt ydea poti⁹ q̄ꝫ illud q̄ aliq̄d excogitatᷣ diuina ergo eſſentia eo ꝙ a nulla creatura plene imitabilis eſt a diuerſis diuerſimode imitari poteſt ita ꝙ ab vnoquoqꝫ imiteᷣ ſm ꝓprium moduꝫ. hos aūt imitabilitatis modos deus i ſua eſſentia cognoſcit cum ſuam eſſentiā ꝑfectiſſime itelligat. ipa ergo diuia eſſentia ſm ꝙ eſt itellecta a deo vt a tali creatura eſt imitabilis ſic ē ꝓpria ratio vel ydea huius creature. ⁊ ſm ꝙ itelligitur vt imitabilis. aliter eſt ꝓpria ratio alterius. ⁊ ſic ſūt plures ydee vel rōnes ſm diuerſos reſpectus ad creaturas q̄ diuine eſſentie cointelligūtur ꝑ itellectum diuinum.

Ad primū ergo d̄m ꝙ Dam̄. loq̄tur de his que realiter diſtinguūtur ſm ꝙ ſūt in deo nō autē de illis que diſtinguūtur rōne. ſed ſm ꝙ cognoſcūᷣ a deo qui ſicut eſt vere vnū ita etiam vere multa cognoſcit Ad ſcd̄m dicendū ꝙ vna prima forma eſt ipa diuina eſſentia ſm ſe ꝯſiderata ex cuius itellectu diuin⁹ itellectus cognoſcit diuerſos modos imitabilitatis ipiꝰ i q̄bus pluralitas ydearum ꝯſiſtit. Ad tertiuꝫ d̄m ꝙ ydee diſtinguūtur ꝑ reſpect⁹ ad res i ꝓpria natura exiſtētes. ſic enī res ſm ydeas formātur que q̄uis nō fuerint ab eterno fuerunt tamen cognite ab eterno etiaꝫ vt in ꝓpria natura exiſtētes. ⁊ ſic itellectus diuin⁹ poterat intelligere reſpectum eētie ſue ad res ipas.

DI. XXXVII

E qm̄ demōſtratum

ē ex ꝑte. Hic eſt duplex q̄ſtio. Primo quō deus ſit i rebus. Scd̄o quō de⁹ ſit vbiqꝫ. Circa primū q̄runtur duo. Primo vtrū deus ſit i rebus omnibus. Scd̄o d̄ modis q̄bus dicitur eſſe i rebus.

D primū ſic ꝓceditur ⁊ videtur ꝙ deus i rebus nō ſit. qd̄ enī ē in aliquo nō diſtat ab eo ſꝫ deus infinite diſtat a q̄libet creatura. ergo nō eſt i aliqua creatura ℗ Principia itrin

ſeca rei ſūt forma ꝛ materia. ſed deus non eſt pͥncipium neqꝫ rei vt forma neqꝫ vt materia. g̊ de⁹ nō ē ī creatura. ¶ P̄ Nihil qđ eſt ī aliquo excedit hoc ī quo eſt niſi forte ſit ꝑtialiter ī eo. ſed deus excedit quālibet creaturaꝫ nec habet ꝑtem. g̊ deus nō eſt ī aliqua creatura. Sed ꝯtra eſt qđ dicit̃ Hiere. xxiij. Nūqđ non celum ꝛ terraꝫ ego impleo. ¶ P̄ Ubicūqꝫ eſt virtus dei eſt ipē deus. ſꝫ ī qualibet re eſt virtus dei. qꝛ nulla res poteſt agere niſi virtus dei ī ea opetur ſicut virtus cauſe pͥme opatur ī cauſa ſcđa. ergo deus eſt ī qualibet re. ℞. dōm ꝙ diuerſimode corporale ꝛ ſpūale ī aliquo eſſe dicit̃. naꝫ corporale đr eſſe ī aliquo vt ꝯtentum in ipō ſicut locatū in loco. ſpūale autem đr eſſe in aliquo vt ꝯtinēs ipm ſicut anima ī corporea. deus autē eſt ꝯtinēs quālibet rem in eſſe ꝛ imediate. quia ipē eſt creator ꝛ corporaliū ꝛ ſpiritualium. nec poteſt eſſe ꝙ rem ī eſſe ꝯtineat niſi ille qui influit rebus eē qui eſt rerum creator. ſicut lumē ī aere nō ꝯtinet ꝛ ꝯſeruat niſi qđ lumen cōmunicat. vnde cū oporteat agens ī mediatum eſſe ꝯiunctuꝫ ei in qđ agit neceſſarium eſt deum in qualibet re eſſe intimū ſicut eſſe rei eſt qđ inter oīa eſt rei intimū. Ad primū ergo dicēdū ꝙ de⁹ a creatura ī infinitū diſtat ꝑ nature differētiā. ſed tamē ꝑ opationem vnicuiqꝫ ꝯiungitur inq̄ꝫtū tenet rem in eſſe. Ad ſcđm dōm ꝙ forma ꝛ materia ſūt pͥncipia rei intrinſeca ſicut ꝑtes eētie. deus autē nō ſic ſed ſicut ꝯtinēs rem ī eſſe. Ad tertiū dōm ꝙ obiectio illa ꝓcedit de hoc qđ eſt in aliquo ſicut ꝯtentū in ꝯtinente non autēꝫ de hoc qđ eſt in aliquo ſicut cōtinens in cōtento.

D ſcđm ſic ꝓcedit̃ ꝛ videt̃ ꝙ deus nō ſit pluribus modis ī rebus. vbi eni vnum ſufficit. plā ponere ē ſupfluū. ſꝫ vn⁹ mod⁹ eēndi deū ī reb⁹ ſufficeret ad rerū ꝯſuatōꝫ. g̊ ſupfluū ē ponere plēs modos. ¶ P̄ Ubicūqꝫ ē eētia rei ibi res eſt ſꝫm ſuā potētiā ꝑſentiā. g̊ nō debet poni tres modi eſſendi deuꝫ ī rebus ſcꝫ ꝑ eētiā potentiā ꝛ ꝑſentiā. ¶ P̄ Grā eſt q̄dā ſpēalis ꝑfectio quā creat̃a a deo cōſeq̄t̃. ſi g̊ vn⁹ mod⁹ eſſendi deum ī rebus accipiat̃ ſꝫm grām videtur ꝙ pari rōne ſꝫm quālibet formā accipi debeat vnus modus qđ ē falſum. ¶ P̄ Habitatio firmam māſionē deſignat ſꝫ effectus naturales q̄ ſemꝑ manēt firmiores eē videntur q̄ꝫ effectus grē q̄ q̄nqꝫ amittitur. ergo de⁹ in oībꝫ creaturis inhabitat rōne naturaliū effectuū ſicut ī ſanctis ꝑ grāꝫ ꝛ ſic modus q̊ de⁹ ſanctos inhabitat nō debet poni ſpecialis. ¶ P̄ Magis natura dicitur eſſe in ſuppoſito q̄ꝫ ecōuerſo. ſed ī vnione dei ad hoīem ſuppoſitum vel ꝑſona eſt ex ꝑte dei. g̊ rōne illius vnionis non debet dici ꝙ deus ſit in creatura. ſꝫ ecōuerſo. ℞. dōm ꝙ iſti modi dupliciter diſtinguunt̃. nam q̄dā eoꝝ ſunt generales reſpectu oīs creature ī oībꝫ eni eſt ꝑ eſſentiaꝫ ꝑſentiā ꝛ potentiam. Aliꝫ vero ſūt ſpāles aliq̄bus creaturis ī q̄bus deus eſt ꝑ grām. pͥmi ergo modi diſtinguūt̃ ſꝫm ꝙ idem effectus diuerſimode cōꝑatur ad deum. inq̄ꝫtum eni ē a deo ꝯſeruatus in eē dicit̃ in creatura de⁹ eſſe ꝑ eſſentiam inq̄ꝫtum eſt deo cognitus ꝑ ꝑſentiā. inq̄ꝫtum totaliter potētie eius ſubiect⁹ eſt ꝑ potētiā. ſꝫ aliꝫ modi diſtinguūt̃ ſꝫm diuerſos effect⁹ q̊s de⁹ in creatura facit. nam ſꝫm effectum cōmunē quē facit ī qualibet creatura ſcꝫ eē naturale ſumūtur illi modi q̄ ſūt cōmunes oīmi creature. Scđm vero eſſe ſpūale qđ facit in ſctis ꝑ grāꝫ adoptionis ſumit̃ mod⁹ inhabitatōis ꝑ grām. Scđm vo eē illud ſingulare ad qđ ꝑducitur nat̃a hūana in xp̄o vt. ſ. ſit vna ꝑſona dei ꝛ hoīs ſumit̃ modus quo deus eſt ī xp̄o ꝑ grām vnionis. Ad primū ergo dōm ꝙ vn⁹ iſtorum modorū q̄bus deus eſt in oībus creaturis alteruꝫ ad ſui ꝑfectioneꝫ req̄rit nō eni eſſe creature ꝑfecte a deo ꝯſeruaretur niſi ꝑfecte diuine ꝑtāti ſubiꝫceret̃. ꝛ eſſet a deo notum. q̄ oīa in ſapiētia facit. hiꝫ autē modi ſufficerēt q̄ꝫtum ad eſſe naturale ſed nō q̄ꝫtū ad eſſe ſpūale ꝓpt̃ qđ aliꝫ ſupaddūt̃. Ad ſcđm dōm ꝙ lꝫ iſti modi cōmunes ſe ꝯſequātur ſꝫm rem. diſtinguūt̃ tñ ſꝫm rōnem nam aliud eſt creaturā a deo ꝯſeruari in eſſe ꝛ aliud ei⁹ cognitioni ꝛ ꝑtāti ſubiꝫci. Ad tertiū dōm ꝙ ꝑ grām habet creatura ad deum ſpecialē ꝯꝑatiōnē. vt ſcꝫ vniat̃ deo ꝑ fruitionē amoris. ꝛ ideo gratia p̄ aliꝫs formis cōſtituit ſpecialē modum exiſtēdi deum ī rebus. Ad q̄rtum dōm ꝙ inhabitatio quādā familiaritatē deſignat quia eſt ꝓpria māſio habitātis. vnde rōne familiaritat̃ q̄ꝫ deus habet ad ſanctos q̄ ei ꝯiungūtur ꝑ fruitionem amoris dicit̃ deus habitare ī ſanctis p̄ aliꝫs creaturis. Ad q̄ntum dōm ꝙ in xp̄o ex ꝑte deitatis eſt ꝛ ſuppoſitū ꝛ natura. ipa ergo diuīa natura eſt in ſuppoſito hominis inq̄ꝫtum eſt idē ſuppoſitū diuine ꝛ hūane nature ſuppoſitū etiā eternū ē ī humana natura inq̄ꝫtuꝫ ī ea ſubſiſtit ſicut ꝛ ſuppoſitū petri ē ī hūana natura.

Einde querit̃ quō deus ſit vbiqꝫ.

Et circa hoc q̄runtur duo. Primo vtꝝ eē vbiqꝫ deo ꝯueniat. Secundo vtrum ſit ei proprium.

D primū ſic ꝓceditur ꝛ videt̃ ꝙ deus non ſit vbiqꝫ. eē eni vbiqꝫ ſignificat eē ī loco ſꝫ eſſe in loco deo nō competit cum ſit incorporeus et incorporea nō ſunt ī loco ſꝫm boe. ergo de⁹ nō eſt vbiqꝫ. ¶ P̄ Eſſe vbiqꝫ ſignificat eē in pluribus locꝭ rōne diſtributiōis. ſed deus in rebus oībus non ē vt in pluribꝫ locis. qꝛ hoc modo eſt ī toto mūdo ſicut aīa ī corpore ſꝫm Aug. ergo de⁹ nō ē vbiqꝫ. ¶ P̄ Illud qđ ē in loco ꝯꝑatur ad locum vt mobile ad ī mobile. naꝫ locus eſt imobilis. locata vero mobilia. ſed deus ꝯꝑatur ad res vt īmobile ad mobilia. ergo magis res ſūt ī deo vt in loco q̄ꝫ econuerſo. ꝛ ita deus nō eſt vbiqꝫ. Sed ꝯtra eſt qđ in pſ. dicitur. ſi aſcen. in ce. tu il. es. ꝛc. ¶ P̄ Sicut deus eſt infinite durarōis ita infinite magnitudinis ſed rōne infinite durationis deus dicit̃ eſſe ſemꝑ id ē. in oīni tēpore. ergo rōne infinite magnitudinis eſt vbiqꝫ. id ē. in oīmi loco. ℞. dōm ꝙ eſſe in loco dupliciter accipitur. Uno modo ſꝫm ꝙ aliquid eſt in loco vt in loco ꝛ ſic ꝑ ſe aliquid eſt ī loco qđ loco mēſurat̃ vt corp⁹ ꝑ accidens aūt q̄cquid ē in corpore. Alio modo dicitur aliquid eſſe ī loco nō vt in loco ſic accidētia loci ſunt in loco. ꝛ genus ipius ꝛ alia hmōi. deus ergo đr eſſe vbiqꝫ ꝛ rōne ipius loci ꝛ rōne locatoꝝ. rōne loci inq̄ꝫtum quēlibet locū in eſſe ꝯſeruat. ꝛ ſic eſt in quolibet loco vt in q̄libet re. ſed hoc nō eſt eē ī loco vt ī loco. Alio modo rōne locatoꝝ. ꝛ ſic eſt in quolibet loco inq̄ꝫtum ipe eſt ī oībus locatis. ꝛ ideo deo cōpetit eſſe vbiqꝫ. Ad primū ergo dicendū ꝙ hoc. accipit eſſe in loco vt in loco ꝛ ꝑ ſe ſic autē deo nō cōpetit eſſe in loco nec aliquo nec oī. Ad ſcđm dōm ꝙ nō ſolum totū vniuerſū quodā reſpectu cōmuni ordinat̃ in deū ſed etiā ſingule ꝑtes ſꝫm ꝓprias habitudines. ꝛ ideo deus non ſolum eſt ī rebus oīb⁹ vt in vno vniuerſo. ſed etiam in ſinglis vt ſunt ab inuicem diſtincte. Ad tertium dicendum ꝙ obiectio illa ꝓcedit de eo qđ mēſurat̃ loco qđ per ſe eſt in loco vt in loco.

D ſcđm ſic ꝓceditur ꝛ videtur ꝙ eē vbiqꝫ nō ſit ꝓprium deo. quia vniuerſale ſꝫm phm eſt vbiqꝫ ꝛ ſemꝑ deus aūt nō eſt vniuerſale neqꝫ ꝑticulare. ergo eſſe vbiqꝫ non eſt ꝓprium dei. ¶ P̄ Numerus ꝑtium vniuerſi q̄dam res eſt cum ergo numerus ſit ī numeratis hec res erit vbiqꝫ ꝛ ſic nō ſolū

deus. ℞ Id quod eſt ꝓprium dei non poteſt intelligi alicui creature ↄuenire. ſed eſſe vbiqꝫ poteſt itelligi alicui creature ↄuenire. ſicut ſi deus fециſſet vnuꝫ corp⁹ cõtinuū qḋ totaꝫ capacitatē mundi impleret. ergo eē vbiqꝫ non eſt ꝓprium dei. Sꝫ ↄtra ē ꝙ Ambro. in lr̄a ꝓbat ſpiritū ſanctū eſſe deū ꝓpter hoc ꝙ ē vbiqꝫ. ℞ Sicut ſemꝑ ſe habet ad tēpus. ita vbiqꝫ ad locum. ſꝫ ſemꝑ importat imenſitatem. ergo ⁊ vbiqꝫ. ⁊ ita ſoli deo cõuenit eſſe vbiqꝫ cum ſolus deus ſit imenſus. R⁹ dicenduꝫ ꝙ ſicut hoc aduerbiū ſemꝑ ſi ꝓprie accipiatur non ſolū refertur ad omē tempus qḋ eſt vel erit. ſed etiā ad omē tempus qḋ poteſt imaginari. ita etiaꝫ hoc aduerbiū vbiqꝫ refertur ad omnē imaginabilē locum. non eni ꝓprie dicit̄ mundus ſemꝑ fuiſſe q̄uis omi tēpore fuerit. quia eſt accipe quando tempus non erat. ſed hoc ſolū ſemꝑ dicit̄ fuiſſe extra cuius ꝑmanentiā non eſt poſſibile imaginari aliqḋ tempus. Similiter etiā illud ꝓprie dicitur eē vbiqꝫ abſqꝫ quo nullus locus ymaginari pōt. hoc autem non poteſt eſſe niſi infinitū. vnde cum ſolus de⁹ ſit infinitus ſoli deo cõpetit eē vbiqꝫ ꝓprie loquēdo. Ad primū dōm ꝙ eſſe vbiqꝫ ſignificat eſſe in loco: qḋ per ſe non cõpetit niſi rei ſubſiſtēti. vniuerſalia aūt que non ſubſiſtūt vt materia ꝑma ⁊ numerus vel quecūqꝫ hmōi nō ſūt i loco niſi ꝑ accidēs. ⁊ ideo nō cõpetit eis eē vbiqꝫ ꝓprie loquendo. ⁊ ꝑ hoc patet ſolutio ad ſcdm. Ad tertiū dicendū ꝙ ſi eſſet aliqḋ corpus continuū replēs totuꝫ ſpacium celi nō diceret̄ eſſe vbiqꝫ ꝓprie dupliti ratione. pmo quia extra illud corpus ē imaginabilis loc⁹ vbi nihil corporis illi⁹ eēt. Scdo qꝛ illud corpus eſſet i toto ſpacio ſicut in vno loco. in ſingulis vero locis non eſſet niſi rōne ꝑtium. deus autē eſt totus i toto vniuerſo ⁊ in q̄libet ꝑte vniuerſi nec eſt poſſibile imaginari locū aliquē vbi ipe nō eſſet illo loco poſito vnde ſibi veriſſime ⁊ ꝓpriiſſime competit eſſe vbiqꝫ.

Vncꝫ diuina natura.

Hic eſt duplex queſtio. Primo de loco angeli. Scdo de motu ipius. Circa primū q̄runtur duo. Primo vtrū angelus ſit in loco. Secundo vtrum poſſit eſſe i plꝛibus locis ſimul.

D primū ſic ꝑcedit̄ ⁊ videtur ꝙ angel⁹ nō ſit i loco. eſſe eni in loco ſm phm in .iiij. phiſic. dupliciter dicit̄ ſcꝫ vt in loco ⁊ nō vt in loco. ſed vt paſſio in ſubo. angelus autē non eſt in loco vt in loco. qꝛ non mēſuratur loco nec eſt in loco vt paſſio in ſubiecto qḋ patiēs eſt. nec vt cauſa in effectu ſicut deus eſt in loco. quia angeli nō ſunt cauſa corporalium rerum. ergo angelo nullo modo cõpetit eſſe in loco. ℞ Sicut tēpus eſt mēſura q̄titatis motus ita locus q̄titatis corporis. ſed illud qḋ oīno caret motu nō eſt in tempore. ergo cuꝫ angelus omino careat corporali q̄titate non eſt i loco. ℞ Locus eſt q̄titas potentiam habēs ſm phm in p̄ꝰ. angelo autē nullo modo ↄpetit ſitus. ergo nec eſſe in loco. Sed cõtra eſt qḋ Dam. dicit ꝙ angeli ibi ſūt vbi opantur. ſed opantur in loco. ergo ſunt in loco. ℞ Celum empyreū mox vt creatū eſt ſanctis angelis eſt repletum. vt ſtrab⁹ dicit. ſed celū empyreum ē locus corporalis. ergo angeli ſūt in loco corporali. R⁹ dicendū ꝙ angeli ſūt in loco alio tamē modo q̄ꝫ corpora. opꝫ eni inter locuꝫ ⁊ locatū aliquē ↄtactum intelligere. Eſt autē duplex ↄtactus. Vn⁹ corporalis ſm quē corpora ſunt i loco qui q̄dem cõtactus attēditur ſm ↄiunctionē terminoꝝ magnitudis. ⁊ ideo corpora ſunt in loco ꝑ quādam cõmenſuratōem locati ad locum. Alius aūt eſt ↄtactus virtutis ſm quē ſpiritualia poſſunt corporalia tangere non autē ſm primuꝫ modū cõtactus. hic autē cõtactus non req̄rit aliquam cõmenſuratōem q̄titatis. ⁊ ideo angeli ſunt i loco nō tamē ꝑ cõmenſuratōem ſiue ꝑ circūſcriptiōeꝫ. ſicut autem corpus q̄uis non tāgat locū niſi rōne q̄titatis dimēſiue eſt tamē in loco ſm ſubam ita etiam angel⁹ q̄uis tangat locum ſm q̄titatem ṽtualē. Ad primū ergo dicendū ꝙ locus habet mēſure rōnem ad id qḋ eſt i eo ꝑ cõmenſuratōeꝫ ſcꝫ ad corpus. vnde ſic eē in loco vt i loco eſt loco mēſurari nō auteꝫ eſſe in loco ꝑ cõtactum virtutis ſicut angeli ſunt i loco. qꝛ iſte modus cõmēſurationem non req̄rit. Ad ſcdm dōm ꝙ illa que nullo modo mouētur nō mēſurantur tēpore. dicūt̄ tamē eſſe in tēpore ſm ꝙ tēpori aſſunt. ſic eni deū fuiſſe heri ⁊ futurū eē cras dicim⁹. ⁊ ſic ſimiliter poteſt dici ꝙ angel⁹ i loco ē non ꝙ loco mēſuret̄. ſed q̄ſi p̄ſentialiter loco aſſiſtens. Ad tertiū dicendū ꝙ obiectio illa ꝓcedit de eo qḋ eſt i loco ꝑ cõmenſuratiōem extremoꝝ. rei eni habēti ſitum cõmenſurari nō poteſt qḋ ſitum nō habet.

D ſcdm ſic ꝓceditur ⁊ videtur ꝙ angel⁹ poſſit eſſe ſimul i pluribꝫ locis. ſicut eni ſe habet qḋ caret motu ad temp⁹. ita ſe habet qḋ caret dimēſione ad locuꝫ. ſed qḋ caret motu ſm ſuam indiuiſibileꝫ durationē adeſt plurib⁹ tēporibus vt patet de eternitate ⁊ euo ſm quoſdam. ergo angelus q̄ non habet dimenſionem corporaleꝫ poteſt ſimul eſſe i pluribꝫ locis. ℞ Angelus ē ſimplitioris nate q̄ꝫ aīa vel nō min⁹ ſimplex. ſꝫ quāto aliqd ē ſimplici⁹ tanto i pluribus iuenitur. vt dicit̄. v. me. cuꝫ ergo anima ſit tota i ſingulis ꝑtibus corporis. ⁊ angelus poterit eſſe totus ſimul in plurib⁹ locis. ℞ Celum empyreū angelis ⁊ ſanctis datur ꝓ gloria. ſed glīa eorū nunq̄ꝫ minuitur. ergo inde nunq̄ꝫ recedunt. ſūt aūt aliquādo hic circa nos cum i miniſterium mittunt̄. ergo angeli ſunt ſimul in pluribꝫ locis. Sed cõtra eſt qḋ Dam. dicit ꝙ cum ſunt in terra nō ſunt in celo. ℞ ſm phm in .iiij. phiſic. eiuſdem rōnis eſt duo corpora in vno loco eſſe ⁊ quotūqꝫ plura. ergo ſimiliter eiuſdem rōnis eſt angelis ſimul eſſe i duobꝫ locis ⁊ in q̄buſcūqꝫ pluribus. ſed non poteſt ſimul eſſe angel⁹ in q̄buſcūqꝫ plurib⁹. quia ſic eēt vbiqꝫ qḋ eſt ſolius dei ꝓprium. ergo angelus nō poteſt ſimul eſſe in duob⁹ locis. R⁹ dicendū ꝙ angel⁹ i pluribus locis ſimul eſſe nō pōt. ꝑ eni in loco eē ꝑ ↄtactuꝫ ṽtutis. virtus autē finita nō poteſt ſimul ad plura terminari. vnde ab vna ṽtute finita nō ꝓcedūt duo act⁹ ſimul. ⁊ ideo ad duo diuerſa loca nō poteſt attīgi ſimul ṽtualis ↄtactus ipius angeli. ⁊ ꝓpter hoc in pluribꝫ locis ſimul eſſe non poteſt. nec tamē opꝫ ꝙ ſit ſolum in aliquo loco indiuiſibili cum i loco nō ſit ꝑ cõmenſurationem. poteſt enim eſſe in aliquo loco diuiſibili. ⁊ tūc ṽtus ſua refertur ad omnes ꝑtes ipius loci diuiſibilis ſicut ad vnū locum. Ad primū ergo dōm ꝙ totum tēpus eſt ↄtinuum nō aūt omnia loca ſunt ↄtinua vt poſſint omnia loca ad angelum cõꝑari vt vnū qd. vel dicendum ꝙ quia angelus eſt in loco ꝑ contactum. non aūt poteſt ſimul duo loca ↄtingere. ideo nō p̄t eſſe ſimul in locis duob⁹. i tpe autē ē ꝑ cõicantiā. qꝛ euū qḋ ē mēſura angeli eſt totū ſil̄. ideo ange⁹ p̄t adeſſe ſil̄ pluribus ꝑtibus temporis vt quidam dicunt. Ad ſcdm dicendū ꝙ anima non eſt in pluribus ꝑtibus corporis vt i pluribus locis. ſed ſicut forma in ꝑtibus vnius ꝑfectibilis. angelus autem nō eſt ſicut forma in loco aliquo corporali. ſed ſicut omnino diſperatū ſm naturam ⁊ tamen poteſt in pluribus ꝑtibus vnius loci eſſe ſimul ſi virtualiter ↄtingat locum continuū. Ad tertium dicendū ꝙ eſſe actu in celo empyreo vl̄ non eſſe non auget neqꝫ

minuit glīam angeli. ſed hoc ad glīaꝫ ipſius pertinet ꝙ
talis locus ſibi debeatur qui ei debetur etiam cuꝫ actu
in eo non eſt.

Deinde queritur ꝺ motu angeli.

Et circa hoc queruntur duo.
Primo vtruꝫ moueat̃ in loco. Scḋo
vtrum moueat̃ in tp̄e.

Ad primum ſic ꝓceditur ⁊ videtur ꝙ angelus
in loco nõ moueat̃. Om̄e enī qḋ ĩ loco mouet̃
eſt in potētia ad locum quia motus eſt actus
exiſtentis in potentia ⁊ ita habet materiā ad
vbi ſicut corpus celeſte. ſed angelus non eſt hmõi cum
ſit imaterialis ſm Dyo. ergo nõ mouetur ſm locū ℗
Om̄e qḋ mouet̃: mouetur ſm locum vel ex ſe vel ex alio
ſed angel⁹ non mouet̃ ex alio. ſic enī nobilius moueret̃
anima q̄ȝ angelus nec iterum mouetur ex ſe. quia om̄e
qḋ ſic mouetur diuidit̃ in duas ꝑtes q̄ꝝ vna eſt mouēs
⁊ alia mota vt ꝓbatur in. viij. phiſic̄. ꝙ angelo cõuenire
non poteſt cuꝫ ſit indiuiſibilis ſubſtātia. ergo angelus
localiter non mouet̃ ℗ Om̄e qḋ mouet̃ ꝑtim eſt ĩ ter
mino a quo ⁊ ꝑtim in termino ad quē. vt ꝓbatur in. vj
phiſic̄. ſed angelus non habet ꝑtem ⁊ ꝑtem. ergo locali-
ter nõ mouetur. ℗ Motus localis eſt ꝯtinuus. ſi er
go angelus mouetur localiter ꝯtinue mouetur. ſꝫ nihil
mouet̃ cõtinue ĩ loco niſi corpus. ğ angelus eſt corpus
qḋ eſt impoſſibile. ꝓbatio medie. Om̄e qḋ mouet̃ cõti-
nue ꝑtrāſit omnia media ſed inter duo extrema ſpatij ĩ
quo eſt motus localis ſūt infinita indiuiſibilia. que nõ
poſſūt ꝑtrāſiri niſi ab aliquo cõtinuo qḋ etiam ſit ĩ infi
tum diuiſibile. quia indiuiſibile ꝑtranſeūdo ea omnia
ſigillatim cõtingeret qḋ eſt impoſſibile ꝙ infinita actu
ꝑtrāſeat. ergo om̄e qḋ mouet̃ in loco ꝯtinuo eſt corpus
ꝯtinuū. ⁊ ſic angelus non mouetur ĩ loco. Sꝫ cõtra
om̄e qḋ eſt aliquādo hic ⁊ aliquādo ibi mouet̃ in loco.
ſed angelus eſt hmõi vt ex ſcripturis patet. ex q̇bus ha-
bet̃ ꝙ angeli qñq; vni qñq; alteri miniſtrāt. ⁊ qñq; etiaꝫ
ſunt ĩ celo empyrreo. ergo angelus localiter mouetur.

℗ Poſito poſteriori ponitur ꝑus. ſꝫ motus localis
eſt ꝓmus motuū. vt ꝓbatur in. viij. phiſic̄. cum ergo an-
gelus aliquo motu moueatur. qꝛ non eſt om̄ino imobi-
lis ſicut deus videtur ꝙ moueatur localiter. R° di-
cendū ꝙ ſicut angelo ꝯuenit aliter eſſe in loco q̄ȝ corpo-
ri ita ⁊ aliter in loco moueri. corpus enī eſt in loco per
cõmenſuratõem. ⁊ ita mouet̃ cõmēſurando ſe ſpacio.
angelus aūt eſt in loco ꝑ contactum virtualem in quo
nulla cõmenſuratio importatur. virtus autē angeli non
eſt obligata ad hūc vel iſtum locuꝫ. vnde ſicut quādoq;
eſt in hoc loco ꝑ cõtactum virtualeꝫ ita quādoq; poteſt
eſſe in altero ſine aliqua cõmenſuratione ad loca extre-
ma vel media. Ad primum ergo dicenduꝫ ꝙ corpus
cõꝑatur ad locum vt ad menſuram cõtinentem. ⁊ ideo
comꝑatur ad locum ſicut potētia ad actum. nam conti
nere eſt forme. cõtineri vero matie. ſed v̄tus rei ſpiritu-
alis ꝑ quā tangit rem corporalem nõ ſe habet ad locuꝫ
vt potentia ad actum. ſed magis econuerſo. vñ nõ oꝑtet
ꝙ angelus habeat materiā ad vbi. Ad ſcḋm dicendū
ꝙ ideo oꝑtet motum ex ſe diuidi in duo quoꝝ vnuꝫ ſit
mouens ⁊ alteruꝫ ſit motum ĩ motibus corporalibꝫ. qꝛ
non poteſt ideꝫ reducere ſe de potētia ad actū. angelus
aūt nõ cõꝑatur ad locū vl' ad motū vt potētia ad actuꝫ
⁊ ideo in motu angeli dictum phi locū nõ habet. Ad
tertium dicendū ꝙ verbum phi intelligit̃ de eo qḋ mo
uetur cõmenſurando ſe ſpatio ita ꝙ motus ei⁹ ex cõti-
nuitate ſpatij ꝯtinuitatē recipiat qḋ aliter eſſe non pōt
niſi cõtinue itercipiat ſpacium ꝑtim hic ꝑtim ibi exiſtē-
do. motus autem angeli non eſt ꝑ cõmenſuratiõem vt
dictum eſt. vnde non reqritur in eo continuitas. ſed or
do tm̄ ſucceſſionis ita ꝙ angelus ꝑus ſit in hoc loco et
poſtmoduꝫ in alio. ⁊ ideo ratio non ſeqtur. Ad quar
tum dicendum ꝙ motus angeli in loco poteſt eſſe con
tinuus ⁊ nõ cõtinuus. cõtinuus q̇dem inq̄ȝtum poteſt
eſſe ĩ loco diuiſibili vt ex ſupra dictis patet. ⁊ ſic paula-
tim ⁊ ꝯtinue poteſt aliq̇d ſpatij attingere ſine hoc ꝙ ipe
in ſua ſubſtātia ſit diuiſibilis. nõ cõtinuus vero ſm ꝙ
angelus intelligitur ſine medio diuerſa loca cõtingere
Ad q̇ntuꝫ dicendū ꝙ ſicut ex ſupra dictis patꝫ. ange
lus q̄ȝuis non ſit corpus poteſt tamē in loco diuiſibili
eſſe. ⁊ ſic motus eius ex ꝑte loci ꝯtinui poteſt habere cõ
tinuitatem. ⁊ ex parte angeli poteſt eſſe non ꝯtinuus ſꝫ
ſucceſſiuus ſolum vt ex dictis patꝫ. nec oꝑtet ꝙ omnia
media tranſeat. quia motus eius nõ eſt ꝑ cõmenſurati
onem ad ſpatium. ſed ꝑ virtualem ꝯtactum q̇ q̇dem cõ
tactus ꝯtinuitatem nõ reqrit.

Ad ſcḋm ſic ꝓceditur ⁊ videtur ꝙ angelus nõ
moueatur in tempore. om̄is enī motus rei ē
ſm ſubſtātiam eius vel oꝑationem. ſed ange
lus eſt ſubſtātia ſupra tēpus exiſtēs ⁊ ſm ſub
ſtantiā ⁊ ſm oꝑationem vt dicit̃ in li. de cauſis. ergo nõ
mouetur ĩ tēpore. ℗ ſm Dyo. iij. ca. de diui. no. mo-
tus circularis angeli attēditur ſm cõuerſionem ĩ deū.
rectus autē ſm cõuerſionem ĩ inferiora. obliquus vero
ſm vtrūq;. ſed angelus non indiget tempore ad hoc ꝙ
ꝑ intellectum conuertatur ad deum. quia ex hoc ē eter-
nitatis ꝑticeps neq; ad hoc ꝙ cõuertatur in inferiora.
aut ꝙ ordinem eorum ad deum cognoſcat cum intelle
ctum habeat deiformē. ergo motus angeli nõ eſt in tē-
pore. ℗ Cum angelus mouetur localiter non poteſt
eſſe ſimul in termino a quo ⁊ ĩ termino ad quem. quia
nihil eſt ſimul in pluribus locis nec ꝑtim in vno ⁊ par-
tim in altero. quia indiuiſibilis eſt. oꝑtet ergo ꝙ ſemꝑ
ſit vel totus in vno vl' totus in alio. ⁊ ſic inter iſta duo
nihil cadit medium ſcꝫ inter eſſe angelum in vno termi
no. ⁊ eſſe eum in alio. ſed omnis mutatio inter cuius ex
trema nihil cadit medium eſt in inſtanti. ergo angelus
mouetur de loco ad locum in inſtanti. ⁊ ita non mouet̃
in tempore. ℗ Illud a quo denominatur aliqua ſpe
cies mot⁹ oꝑtet eſſe motus terminū. qꝛ motus ſpeciem
a terminis recipiunt. ſed tempus nõ eſt termin⁹ alicui⁹
motus. ſed ſolum menſura. ergo nõ debet aſſignari an
gelo motus ſm tempus diſtinctus cõtra motum loca-
lem Sed cõtra ē qḋ Aug⁹ dicit in lr̃a ꝙ deus mouet
creaturam ſpiritualem per tempus. corporalē vero per
tempus ⁊ locum. ℗ Ubicūq; eſt aliqua ſucceſſio ibi
eſt aliquo modo tempus. ſed ĩ his que ad angelum ꝑti
nent oꝑtet eſſe aliquā ſucceſſionē vel q̄ȝtum ad ſubſtāti
am vel q̄ȝtum ad oꝑationē. alias coeq̄ret̃ deo in eterni-
tate qḋ ē impoſſibile. ergo oꝑtet in his q̄ ad angeluꝫ ꝑ-
tinent itelligere tēpus. ⁊ ſic angelus ꝑ tempus mouet̃.
R° dḋm ꝙ mot⁹ dupliciter accipit̃. Uno modo im-
ꝓprie ꝓ ipſa oꝑatione intellect⁹ vel appetitus eo ꝙ intel-
lectus intelligēdo fertur in ſuum obiectū ⁊ appetit⁹ ap-
petendo. ⁊ hmõi motus tp̄e non mēſuratur niſi ꝑ acci-
dens ĩ nobis inq̄ȝtum itellect⁹ nr̃ accipit a ꝯtinuo ⁊ tp̄e
qḋ q̇dē accidēs ĩ angelis nõ ē. vñ talis eoꝝ motus nõ ē
in tempore Alio modo accipitur motus magis ꝓprie
ex hoc ꝙ aliquid tranſit ex vno in alterum. et ſic in an-
gelo eſt duplex motus. Unus quando tranſit de loco
in locuꝫ. Alius quando tranſit de affectione in affectū
vel de intellectu vnius rei in intellectū alterius rei. ⁊ in
iſtis duobus motibus angeli oꝑtet ſucceſſioneꝫ intelli
gere eo ꝙ nõ ē ſimul in pluribus locis nec ſimul diuſis

affectionibus afficitur in bonũ ſcꝫ ⁊ malum. nec etiam diuerſa ſimul ꝑ diuerſas ſpecies intelligit intellectu naturali vt in ſcđo dicetur. ⁊ ideo oẽs hmõi motus ſũt in tempore. ⁊ cum tempus quo hmõi motus mẽſurantur non eſt ꝯtinuũ. q2 neqꝫ habet ꝯtinuitatẽ ex motu quẽ menſurat cum in opationibus ſibi ſuccedẽtibꝫ aut ꝯtactibus ſpũalibus ad diuerſa loca non ſit aliqua cõtinuitas. neqꝫ etiam habet ꝯtinuitatem ex motu celeſti ad quem p̄dicti motus nullũ habent ordinem. Ad primũ ergo dicendũ ꝙ ꝑ auctoritatẽ illam li. de cauſis oñdit̃ angel9 totaliter eſſe ſupra tempus qđ menſurat motum celi. ẽ tamẽ in opatiõibus angeli tp̄us modo p̄dicto. Ad ſcđm dicendũ ꝙ Dyo. accipit motum pro opatione. ⁊ ſic mot9 ĩtellectualis nature tẽpore nõ mẽſuratur ꝑ ſe loquẽdo. Ad tertium dicendũ ꝙ quãdo duo extrema mutatõis ſunt imediata ⁊ alterũ coꝝ habet ꝯtinuitatem rõne alicuius motus annexi tũc talis mutatio eſt termin9 mot9. ⁊ ideo nõ eſt in tẽpore ſed in termĩo tẽporis. ſed quãdo neutrũ extremorũ habet continuitatem nec ꝑ ſe nec ꝑ accidens tũc talis mutatio nõ poteſt eẽ termin9 motus. vnde nõ poteſt eſſe ꝙ alter terminoꝝ ꝑticipat ad tempus p̄cedẽs quo mẽſuratur motus. ⁊ alter ad terminũ tẽporis quo mẽſuratur terminus motus. ſꝫ oportet ꝙ duo termini habeãt ꝓprias mẽſuras eis reſpõdẽtes ſcꝫ duo nũc ſibi ſuccedẽtia que ad p̄ſens tp̄us dicimus. Ad quartũ dicendũ ꝙ illud a quo noiat̃ aliqs motus vt a dãte ſpeciẽ. oportet eſſe terminum mot9. quia ab eo ſortitur ſpeciem nõ aũt ſi denomiet̃ vt a mẽſurante. cõtingit enĩ duobus modis motum aliquẽ denomiari.

Di. XXXVIII

Hinc ergo ad propoſitum reuertẽtes.

Hic eſt duplex queſtio. Prima de cauſalitate diuĩe ſciẽ. Secũda de cognitõe cõtingentiũ. Circa p̄mũ querũtur duo. Primo vtrũ res ſint cauſa ſciẽtie dei Scđo vtrũ ſcia dei ſit cauſa rerum.

Ad primum ſic ꝓceditur ⁊ videtur ꝙ res ſcite ſint cauſe diuine ſcientie veritas enĩ ad rationem ſciẽtie ꝑtinet. quia ſciẽtia nõ niſi veroꝝ eſt. ſed veritatis cauſa ſunt res. quia ex eo ꝙ res eſt vel nõ eſt. ẽ oratio vera vel falſa. ergo res ſũt cauſa ſcientie dei. P̄ Sciẽtia eſt aſſimilatio ſciẽtis ad rẽ ſcitam vt algazel dicit cauſe aũt non aſſimilãtur effectibus ſed magis ecõuerſo ſm Dyo. ergo res ſcite ſũt cauſa ſciẽtie ⁊ nõ ecõuerſo. P̄ Quecũqꝫ ſe ꝯſecũtur adinuicem oportet ꝙ dependeãt ab vna cauſa. vel vnum eorũ ſit cauſa alterius. ſed deũ ſcire mala ⁊ mala eẽ ſe conſecũtur. tũ ergo ſcia dei non ſit cauſa malorũ videtur ꝙ mala fieri ſit cauſa quare deus mala cognoſcat. nõ enĩ poteſt dici ꝙ vtrũqꝫ ex aliqua cauſa extriſeca depẽdeat. Sed ꝯtra tẽporale nõ eſt cauſa eterni ſciẽtia aũt dei eſt eterna. ergo res tẽporales ſcite a deo nõ ſũt cauſa ipſius ſcientie. P̄ Malum non eſt cauſa boni. ſed ſciẽtia dei ẽ bonũ. cum ergo ſcitoꝝ a deo quedã ſint mala videt̃ eſſe impoſſibile ꝙ res ſcite ſint cauſa diuine ſcientie. R̄o dicendũ ꝙ res ſcite non poſſunt eſſe cauſa alicuius ſciẽtie niſi rõne ſpeciei ĩtelligibilis qua ſciẽs ſcit inq̃ꝫtũ illa ſpecies a rebus ſcitis accipit̃ vt ĩtellectu noſtro accidit nam vis ĩtelligendi nõ poteſt cauſari a re ſcita inq̃ꝫtum hmõi illud aũt quo deus ĩtelligit oẽs res ẽ eſſentia diuina cuius ꝯſtat res cauſas nõ eſſe. vnde res ſcite nullo modo poſſunt eſſe cauſa diuĩe ſcientie. Ad primũ ergo dicendũ ꝙ veritatis que eſt in ĩtellectu noſtro vel in ſigno ipſius ſcꝫ enũciatiõe cauſa ſunt res nõ aũt veritatis q̄ue eſt in intellectu diuino eo ꝙ ĩtellect9 noſter eſt mẽſuratus a rebus quaꝝ intellectus diuin9 eſt menſura. Ad ſcđm dicendum ꝙ verbum agazel ĩtelligitur de ſciẽtia noſtra que a rebus ſumitur nõ autẽ de ſciẽtia diuina. vel ſi cõmunit̃ accipiat̃ accipit̃ aſſimilatio large ꝓ quacunq̃ꝫ ſimilitudine ſiue ſit cauſati ad cauſam ſiue ecõuerſo. Ad tertiuꝫ dicẽdũ ꝙ q̃uis malorum deus cauſa non ſit in diuina ſcientia. cuꝫ mali cauſa nõ niſi bonũ eſſe poteſt. ſed ꝑ accidẽs. aliter enim malũ cauſam nõ habet bonorũ aũt cauſa diuina ſcientia eſt. ⁊ ſic rõne diuine cauſalitatis eſt infallibilis conſecutio inter eſſe maloruꝫ ⁊ ſcientiam dei q̃uis maloꝝ cauſa non ſit.

Ad ſcđm ſic ꝓceditur. ⁊ videtur ꝙ ſcientia dei nõ ſit cauſa rerum ſcitaꝝ. poſita enim cauſa ponitur effectus. ſed ſciẽtia dei eſt eterna. cũ ergo res ſcite a deo ſint tẽporales. earũ cauſa ſciẽcia dei nõ eſt. P̄ Deus nõ tm̃ ſcit entia ſed etiam nõ entia. nõ entium vero cauſa nõ ẽ neqꝫ ꝙ ſint neqꝫ ꝙ non ſint. ergo pari rõne nõ erit cauſa entiũ. P̄ Sciẽtia dei compatur ad res creatas ſicut ſciẽtia artificis ad artificiata. artificiatoꝝ aũt cã non eſt ſciẽtia artificiſ ſed voluntas que mouet ad opus. ergo ſciẽtia dei nõ eſt cauſa rerum. Sed ꝯtra eſt qđ in pſal. dicit̃. Omĩa in ſapiẽtia fc. P̄ Sicut ſciẽtia noſtra mẽſuratur a rebꝫ ita res menſurãtur diuina ſcientia vt patet per phm. x. ethic. ſed res ſunt cauſa ſciẽtie noſtre. ergo ecõuerſo ſciẽtia dei eſt cauſa rerũ. R̄o dicẽdum ꝙ omniũ rerũ creatarum aliqualiter eſt cauſa diuina ſciẽtia. oẽ enĩ imꝑfectum ab aliquo ꝑfecto ſumit originem forme aũt in natura reruꝫ exiſtentes ex hoc ipo ꝙ in materijs recipiuntur imꝑfecte ſunt. ex hoc enĩ ꝙ indiuiduãtur cõmunitas earuꝫ ad hoc ꝑticulare reſtringitur. vnde oportet haꝝ formaꝝ prima p̄ncipia exiſtere formas ſuaꝫ cõmunitatem retinẽtes. non q̇dem ꝑ ſe ſubſiſtentes vt plato dicebat. hoc enĩ impoſſibile oñdit phs. ſed exiſtẽtes in intellectu diuio. in ſolo enĩ ĩtellectu forma ſue cõmunitatis rõneꝫ ſuare põt ⁊ he forme dicũt̃ ydee de qb9 ſupra habitũ ẽ. ſic ḡ ſciẽtia dei ꝯtinẽs hmõi formas eſt p̄ma rerum origo. nec tñ oĩm que deus ſcit eius ſciẽtia eſt cauſa. nã ex ſcia non ꝓcedit opus niſi mediãte voluntate imꝑante ⁊ potentia exſequẽte. vnde malorum ⁊ non entiũ ad que dei voluntas non ĩclinatur ſcientia dei nõ ẽ cauſa ſiliter nec eternoꝝ que potẽtie nõ ſubdũtur. vnde ſcia nõ ẽ tota cauſa ſꝫ ſimul ſcia ⁊ volũtas. Ad primuꝫ ḡ dđm ꝙ q2 a ſcia nõ ꝓcedit opus niſi mediãte volũtate nõ oportet ꝙ q̃ñcũqꝫ fuerit diuia ſcia fuerit creat̃ ſed q̃ñ ei placuit. Ad ſcđm dđm ꝙ q̃ꝫtũ ad nõ entia ſcie dei deeſt volũtas opandi. ⁊ ideo hoꝝ cauſa de9 nõ ẽ. Ad terciũ dđm ꝙ ſcia artificis ⁊ ſi nõ ſit cauſa ꝓxima artificiatoꝝ. eſt tñ cauſa p̄ma quã artificiata imitãt̃.

Deinde q̃ritur ð cognitione ꝯtingentiũ.

Et circa h̃ q̃runt̃ duo. Primo vtrum deus ſciat ꝯtingẽtia futura Secũdo vtrum ſcientia ſua ſit variabilis.

Ad primum ſic ꝓceditur ⁊ videtur ꝙ deus neſciat ꝯtingẽtia futura. nihil enim poteſt ſciri niſi verum vt habetur p̄mo poſterioꝝ. ſed cõtingentia futura nõ habent veritatẽ vt ꝓbat̃ primo ꝑyar. ergo de cõtingentibus futuris deus ſcientiam non habet. P̄ Iſta conditionalis eſt vera ſi deus ſcit aliquid illud eſt verum alias deus ſciẽdo falleretur. ſed huius cõditionalis antecedẽs ẽ neceſſarium. ḡ ⁊ cõſequens eſt neceſſarium. nihil ergo cõtingẽs poteſt

eſſe ſcitum a deo. ℗ Sciētia dei eſt cauſa rerum cre
atarum. ſed ſi cauſa eſt neceſſaria: et effectus neceſſari-
us erit. ergo cum ſciencia dei ſit neceſſaria. videtur ꝙ
res ſcite ab eo ſint neceſſarie. ⁊ ita nō cognoſcit ꝯtingē-
tia. Sed cōtra eſt qđ dicit̄ in pš. Qui finxit ſi. cor. eo
rum qui ītelligit o͞ia opa eorum. ſed opa humana ſūt
cōtingencia. ergo deus de ꝯtingētibus ſciētiam habet.

℗ Deus ſcit res inq̄ꝫtum eſt cauſa rerum vt ex ſupra
dictis patet. ſed ipē eſt cauſa nō ſolū neceſſariorum ſed
etiam cōtingentium. ergo ipē ſcit non ſoluꝫ neceſſaria
futura ſed etiam ꝯtingentia. ℞o dicendum ꝙ futuꝝ
ꝯtingens dupliciter poteſt conſiderari. Uno modo ſm
ꝙ eſt futurum. ⁊ ſic nihil aliud eſt cognoſcere futuꝝ cō
tingens q̄ꝫ cognoſcere cauſas eius ſm ordinem quē ha
bēt ad ipm. ⁊ quia cauſe cōtingentium non habent im
mutabilem ordinem ad ſuum effectum. ideo ſm hunc
modum ꝯtingēs futurum īmutabiliter ſciri nō poteſt
Alio modo poteſt cōſiderari cōtingens futurum rōne
illius tēporis in quo futurum eſſe p̄dicitur in quo qui-
dem tēpore futurum iam p̄ſentialiter ē ⁊ ꝑ cōſequēs de
terminatū ad vnum. ⁊ ſic certitudinaliter poteſt cōtin
gens cognoſci vtpote ꝑ ſeipm̄ iam viſū ſicut ſenſu ꝑcipi
mus ſor. ſedere. vtroqꝫ auteꝫ modo deus de futuris cō
tingētibus ſcientiam habet. cum eni͞ ſue cognitiōis in-
tuitus ſit in momēto eternitatis ꝙ o͞mibus temporis
ꝑtibus a deo videt ab eterno deus rem ſm ſtatum quē
habet in quolibet puncto tēporis ipē extra tempus ex-
iſtens. ⁊ ſic ab eterno videt ſor. ſedere. nō auteꝫ vt futu
rum ſibi qui eſt extra tempus. ſꝫ vt p̄ſens. futurū auteꝫ
reſpectu aliorum que in tēpore p̄cedūt. videt nihilomi
nus ⁊ ordinem mutabilē cauſarū p̄cedentium ad hunc
que facit. ¶ Juſticia determinatur ad vnum ſicut ⁊ natura. quia ſm Tulliū virtus eſt in modū nature ratiōi ꝯſentanea. ſed deus opatur ꝑ iuſticiā ⁊ non aliter. ergo eius opatio eſt determinata ad vnum. ⁊ ita qd facit non poteſt nō facere ¶ Nulla cauſa neceſſaria ī cauſando pt nō facere qd facit ſed deus eſt talis cauſa alias oēs alie cauſe eſſent ꝯtingētes. cum effectꝰ neceſſariꝰ non poſſit eſſe niſi a cauſa neceſſaria. ergo deus nō poteſt non facere que facit. Sed ꝯtra omne agens ꝑ voluntatē poteſt non facere que facit. ſed deus eſt agēs ꝑ voluntatem vt patet ꝑ illud ps̄. Om̄ia q̄cūq̃ voluit dominꝰ fecit. ergo deus poteſt non facere qd facit ¶ Om̄e agens qd non poteſt nō facere qd facit ſemꝑ facit ſuum effectum. ſi ergo deus non poteſt nō facere qd facit ab eterno creaturam feciſſet qd eſt hereticum. ℞. dicendū ꝙ ſicut ſupra dictum eſt aliquid implicat contradictiōē dupliciter. Uno modo abſolute. Alio modo reſpectiue. non eſſe autē multa eoꝝ que facit deus nō implicat ꝯtradictionem abſolute. nec iterū ꝑ reſpectū ad potentiā dei non eni repugnāt ꝙ deus poſſit hoc facere ⁊ poſſit hoc non facere. ſimiliter nec ꝑ reſpectū ad effectum diuinū. quia non repugnāt hec duo creaturā eſſe ⁊ non poſſe non eſſe. cum om̄is creatura q̄tum eſt de ſe ſit potens non eſſe. implicat autem cōtradictionē ꝑ reſpectum ad ſciētiam vel volūtatem diuinā que etiā ſunt diuini effectus cauſa. hec eni repugnāt ꝙ deus ſciat vel velit aliquid eſſe ⁊ non ſit ꝓpter certitudinē diuine ſcientie. ⁊ efficatiā volūtatis. cum ergo dicitur deū poſſe non facere id qd facit. quia in ſe repugnantiā non habet. ſimpliciter ꝯcedendū eſt ꝙ deus poteſt nō facere qd facit ſi nihil addatur eo ꝙ non facere nō habet repugnantiam ad aliquid in locutiōe poſitum. addita aūt ſcientia vel volūtate erit locutio vera ī ſenſu diuiſo. falſa in ſenſu compoſito vt ſi dicatur deus poteſt nō facere qd ſcit vel qd vult ſe facere. Ad primum ergo dicēdum ꝙ deus ꝑ eſſentiam ſuam agit ⁊ tamē non agit ex neceſſitate nature ſed ex ꝓpoſito volūtatis. nā eſſentia ſua non ſolū natura eſt ſed voluntas. Ad ſcdm dicēdum ꝙ ꝓductio creaturaꝝ eſt ex deo non ſm aliqd debitum. ſed ſm voluntatē eius que ordinem ꝯuenientē rebus imponit. in quo ratio iuſticie conſiſtit. ſic ergo h̄ modo diſtinguendū eſt ſi in p̄dicta locutōe addat̄ iuſticia ſicut ſi addatur voluntas. vt dicamꝰ ꝙ hec locutio deus nō poteſt non facere qd iuſtum eſt fieri. eſt vera in ſenſu cōpoſito falſa in ſenſu diuiſo. Ad tertium dicēdum ꝙ deus eſt cauſa neceſſaria in creādo. quia poſitis om̄ibus que in eo ad creandū occurrunt de neceſſitate ſequitur effectus inter que vnum eſt voluntas que nō determinatur ad vnum. ⁊ ideo deus poteſt non facere quod facit.

D ſcdm ſic ꝓceditur ⁊ videtur ꝙ deus nō poſſit facere qd non facit. optimi eni ſm platonē eſt optima adducē. ſꝫ qd ꝑ ſupabūdātiā dr vni ſoli cōuenit. ergo vno ſolo modo mūdū a deo fieri eſt poſſibile. nō ergo poteſt alia facere q̄ꝫ facit ¶ Augꝰ ſic argumētatur. ſi deus poteſt ⁊ nō voluit inuidus fuit ſꝫ inuidia longe eſt a deo. ergo quicquid boni potuit in mūdo facere fecit. quia quicquid voluit fecit. ¶ Deus nō poteſt facere niſi qd vult facere. ſed nō vult facere niſi qd ab eterno voluit. qd autē ab eterno voluit nō poteſt nō velle. ergo deus nō poteſt facere niſi qd facit. Sed ꝯtra quicqd deus facit creatū ē. ſi ergo deꝰ nō pōt facere niſi qd facit creatura adequat potenciam creatoris qd eſt ꝯtra Hugo: de ſan. vic. qui dicit ꝙ potentiā dei nō adequat opus. ¶ Deus poteſt facere omne id qd poteſt cogitari vt ſupra dictum eſt. ſꝫ multa poſſūt cogitari que deus nō facit vtpote coruos albos ergo poteſt facere aliqua que non facit ℞. dicēdum ꝙ nullius ſapiētis voluntas ad impoſſibile nitit̄ impoſſibile autē eſt vt effectus diuini adequētur bonitati diuine. cum eſſentie dei non poſſit eē alia eſſentia equalis in bonitate. que ſit bonitas pura. vnde non ē volūtas dei ꝙ om̄ia ſint quecūq̃ bonitatē eius imitari poſſibile eſt. q: cum infinitis modis poſſit imitari diuina bonitas effectus diuini bonitati diuine equarentur. ſed ꝙ ſint aliqua que ſm aliquos modos diuinam bonitatē imitātur. ⁊ quia illi modi nō equātur diuine bonitati. ideo multi alij modi ſunt q̄bus poteſt diuina bonitas cōmunicari q̄ꝫ ſit cōmunicata cum ergo potētia dei ſe extendat ad om̄ia que in ſe ſunt poſſibilia eſſe patet ꝙ abſolute loquēdo deus poteſt multa facere que non facit. ſi autem addatur aliqd ꝑtinens ad ſcientiam vel volūtatem vel iuſticiā diſtinguendū eſt ſicut ⁊ prius. Ad primū ergo dicendū ꝙ optimū dupliciter dicitur. Uno modo abſolute ⁊ ſic id qd fit non poteſt eſſe optimū. Alio modo in genere aliquo determinato vel ſm aliquē modum determinatū. ⁊ ſic deus optimū fecit vnūqdq̃ ī ſua natura ⁊ ī ſuo modo eſſendi. ⁊ ſic nō ſequitur ꝙ nō potuerit alias naturas vl' alios modos eſſendi facere Ad ſcdm dicendū ꝙ Augꝰ hoc argumēto vtitur ad ꝓbandum equalitatē filij que ei debetur ex ipa filiationis rōne. vnde nō tenet ī creaturis que a deo ſm debitum nō ꝓcedunt. Ad tertium dicendū ꝙ cū dicit̄ deus non poteſt facere niſi qd vult facere ſi itelligatur cōpoſita vera eſt nō eni poteſt eſſe ꝙ deus faciat aliquid ⁊ non velit illud facere ſi autē intelligat̄ diuiſa falſa eſt.

D tertium ſic ꝓceditur ⁊ videtur ꝙ potentia dei non ſit infinita. quāto eni potentia ē maior tanto ī minori tēpore mouet. ſi ergo potētia dei eſt infinita oportet ꝙ moueat̄ in inſtāti qd eſt impoſſibile ¶ Potētia ꝓportionatur eſſentie a qua ꝓcedit. ſed eſſentia dei non eſt infinita cū ſit ſimplex. ergo nec potentia. ¶ Infinitum ſm phm in. iij phiſic. impꝑfectum eſt. ſed potētia dei eſt ꝑfectiſſima. ergo non eſt infinita. Sed ꝯtra om̄i finito poteſt intelligi aliqd equale. ſi ergo potētia dei nō ſit infinita poterit intelligi aliqua alia potētia que eſt ei equalis qd eſt incōueniens. ¶ Illud qd omnia finit non poteſt eē finitum. ſed ꝑ potentiā dei omnia īfra ſuos fines collocantur. ergo potentia dei non ē finita ſed infinita ℞. dicendū ꝙ duplex eſt quātitas. Una intēſiua que ꝓprie in corporeis rebus eſt q̄b ſm Aug. idem eſt eſſe maiꝰ qd melius. Alia eſt quātitas extenſiua que in cōtinuā ⁊ diſcretam diuidit̄. vtraq̃ autē q̄ntitas in potentia cōſiderari poteſt. p̄ma q̄dem ſm ipam eſſentiā potentie. ſecūda vero q̄ntū ad eius obiecta ſm autē vtrāq̃ quātitatem potentia dei dicitur infinita intenſiue q̄dē ꝓpter ꝑfectionem ſue actualitatis quā actiua potētia cōſequit̄. eſt eni deus actus ꝑfectus ī ſe om̄ia cōprehēdēs que ad ꝑfectionem ꝑtinere poſſunt extēſiue aūt quia pt in om̄ia ſm que bonitas diuina cōmunicabilis eſt qd eſt infinitis modis. ⁊ ideo dei potentia eſt ſimpliciter īfinita. Ad primū ergo dicendū ꝙ ratio illa ꝓcedit de potētia in magnitudine que eſt virtus corporalis. hec eni ſi nō eēt infinita ageret in nō tēpore vtpote agēs ex neceſſitate nature. diuina autē potētia determiāt tempus ſue actioni pro ſue volūtatis arbitrio Ad ſcdm dicendū ꝙ eſſentia dei non eſt infinita extenſiue. quia infinitum excedit cuiuſlibet rei alterius perfectionem vnde etiam ⁊ eius potentia hoc mō erit infinita. Ad tertiū dōm ꝙ obiectio illa ꝓcedit de infinito ꝑuatiuē

dicto qđ imꝑfectionez imꝑtat ſicut ⁊ quelibet ꝓuatiõ in diuinis autẽ dr̄ infinitũ negatiue nõ ꝓuatiue.

Q quartum ſic ꝓcedit̄ ⁊ videtur ꝙ deꝰ poſſit facere infinita ſimul actu. deꝰ enĩ poteſt reducere in actum omne illud qđ eſt potentia in materia. ſed in potentia materie ſunt infinita vt patet ꝑ phm̄. iij. phiſic. ergo deus poteſt facere infinita actu. ¶ Scientia dei eſt infinitorum vt Augꝰ dicit. xij. de ciui. dei. ſed deus ꝑ ſuam ſcientiã eſt cauſa rerum cum ergo ſcientia vnius rei non impediat in cauſando ſciẽtiaz alterius rei. videtur ꝙ deus poſſit facere infinita in actu. ¶ Plus poteſt deus facere q̄ȝ homo poteſt itelligere. ſed aliqui philoſophi poſuerũt eſſe infinita actu ſicut de moc. ⁊ anat. ergo deus poteſt facere infinita actu. Sed cõtra eſt deus poteſt facere maius omĩ eo qđ facit. q̄ȝ eius potẽtiã nõ adeq̄t opus vt dicit Hugo de sanc. vict. ſed infinita mãia i actu ñ pt̄ eſſe aliqđ maius. ergo non poteſt eſſe ꝙ deus faciat infinita in actu. ¶ Omne illđ cuiꝰ rõ cõpletur i mãia cum ꝓuatione ñ pt̄ i actu eſſe q̄ȝ nihil ẽ i actu niſi ſm ꝙ eſt ſub forma. ſed infinitũ ẽ hmõi vt patet in. iij. phiſic. ergo infinitũ in actu eſſe non poteſt. R° dicenduz ꝙ deus non poteſt facere aliquid eẽ in actu cuius ratio cõtraiciatur facto. inq̄ȝtum eſt factum. vel enti in actu inq̄ȝtum eſt ens actu. factio aũt inq̄ȝtumz eſt factũ ꝯtrariatur ꝙ ſit equale deo. vnde deus nõ poteſt facere equale ſibi. ⁊ ſic nõ poteſt facere aliquid qđ ſit modis omĩb; infinitum. ⁊ q̄ȝtum ad extẽſionem ⁊ q̄ȝtum ad intenſionem exiſtenti vero in actu inq̄ȝtum hmõi repugnat eſſe infinitum non ſolum ꝑ ſe vt quidam dicunt. ſed etiam ꝑ accidens vel quocunq̄ȝ modo. non enĩ poteſt eſſe aliquid in actu ens in genere qđ non determinetur ad aliquã ſpeciem. oꝑtet autẽ id qđ ponitur infinitum eſſe in genere quãtitatis. vnde oportet ꝙ ſi ſit actu ꝙ ſit in aliqua ſpecie quãtitatis que q̄dem diſtinguũtur ſm determinatas menſuras vt patz in numero cuius ſpẽs ſunt binarius ⁊ trinarius ⁊ in quãtitate cõtinua. cuius q̄ſi ſpecies ſũt bicubituz ⁊ tricubitũ. eſſe ergo aliquã quãtitatem in actu vel cõtinuaz vl' diſcretã repugnat ei qđ eſt eſſe infinitũ. ⁊ ideo deus nõ poteſt facere ꝙ aliquid actu ſit ſimpliciter infinitum vel intenſiue vel extẽſiue ſiue ſm quãtitatẽ cõtinuã ſiue ſm diſcretã. Ad pmũ ergo dicendũ ꝙ deus poteſt facere in actu quicquid eſt potentia in materia nõ ita ꝙ ſimul ſit actu ſed ſucceſſiue ꝓpter repugnãtiam infiniti ⁊ exiſtentis in actu vt dictum eſt. Ad ſcđm dicendũ ꝙ lȝ ſciẽtia dei ſibi nõ repugnet in creando eſt tamẽ repugnãtia ex ꝑte effectꝰ vt dictum eſt. Ad tertium dicendũ ꝙ phi ponentes infinitũ actu ꝓpriam vocem ignorauerunt q̄ȝ eorum poſitio ſibimet repugnat vt ex dictis patet.

DI. XLVIII

Hunc idem reſtat dicẽdum.

Hic querũt quattuor. Primo vtrum deus potuerit facere vniuerſũ melius q̄ȝ ſit. Scđo vtrũ quãlibet rem ſm ſe potuerat facere meliorem. Tertio vtrum potuerit facere meliori modo. Quarto vtrum q̄cquid potuerit poſſit mõ.

Q primuz ſic ꝓceditur ⁊ videtur ꝙ deus non potuerit vniuerſũ facere melius. optimo enĩ nihil poteſt eſſe melius ſed vniuerſum ẽ optimuz vt pꝫ ꝑ illud qđ dr̄. Geñ. j. Uidit deus cuncta que fecerat ⁊ erãt valde bona. ergo vniuerſo nõ poteſt eſſe melius. ¶ Omne qđ eſt cõmunicabile creature eſt ei ꝯmunicatũ. cum enĩ bonitas dei infinita ſit ad eum ꝑtinet vt cõmunicet ſe q̄ȝtũcunq̄ȝ poteſt. ſed ex hoc vniuerſum eſt bonum qđ cõſiſtit ex creaturis diuinam bonitatem ꝑticipãtibus. ergo vniuerſum melius eſſe non poteſt. ¶ Omĩ agenti ꝓpter finem. finis ẽ racio faciẽdi ⁊ nõ faciendi. ſed deus agit ꝓpter finem qui eſt ſua bonitas que nõ poteſt eſſe racio nõ faciendi vniuerſum i meliori bonitate ſi melius eſſe poſſet. ergo deus non potuit vniuerſum melius facere. Sed cõtra omni finito deus poteſt facere maius cum ſua potẽtia ſit infinita vt dictũ ẽ. ſȝ bonitas vniuerſi eſt finita alaq̄ equaretur bonitati factoris qđ eſt impoſſibile. ergo deus poteſt facere maiorem bonitatẽ q̄ȝ ſit bonitas vniuerſi. ¶ Hugo de ſan. vic. dic ꝙ potẽtiã diuinã ñ adeq̄t opus. ſed vniuerſũ eſt opus dei. ergo potentia dei excedit totum vniuerſum ⁊ ſic poteſt aliquid aliud melius de toto vniuerſo facere. R. dicendũ ꝙ ſicut ſupra dictum eſt cõtra rõnem facti eſt vt ſit equale factori rõne cuius deus non poteſt facere aliqđ equale ſibi ipi. ergo vniuerſum qđ eſt a deo factũ non ꝑticipat bonitatẽ diuinam ꝑfecte. ſed ſm aliquẽ modũ ⁊ menſurã determinatam. poſſumus ergo de vniuerſo loqui dupliciter. Uno modo abſolute. ⁊ ſic deus pt̄ aliqđ facere meliꝰ toto vniuerſo. quia ⁊ ordo eius ad deum eẽt melior q̄ȝto ꝑfectius diuinã bonitatez ꝑticiparet ⁊ ordo rerum ad inuicẽ q̄ȝto res eſſent meliores in hoc enĩ duplici ordine bonum vniuerſi cõſiſtit vt dicit̄. ix. me. Alio modo per reſpectum ad modum ꝑticipandi diuinam bonitatem qui eſt vniuerſo a deo p̄fixus. ⁊ ſic vniuerſuz melius eẽ nõ poteſt ordinatũ ſuppoſita ſcꝫ mẽſura ſibi diuinitus fixa. ⁊ ſm hunc modum dicit̄ vniuerſum eſſe optimuz vel deus feciſſe omĩa valde bona. vnde patet reſponſio ad primũ. Ad ſcđm dicendũ ꝙ multa ſũt cõmunicabilia creature q̄ non ſunt cõicata. ⁊ tamen deus infinita bonitate creaturis cõmunicat bona ſua. cõmunicat enĩ eis ſm ꝙ ratio ſapiẽtie exigit ſm reſpectum ad modum quẽ diuina bonitas p̄fixit. Ad tertium dicẽdũ ꝙ lȝ abſolute loquẽdo diuina volũtas non poſſit eẽ ratio quare vniuerſum non fiat melius tamen poteſt eſſe racio eiꝰ ſi p̄ſupponat̄ modꝰ a volũtate diuina p̄fixꝰ. hoc enĩ diuine cõpetit volũtati vt illud ſit i rebus qđ diuina ſapia ⁊ volũtas determinat.

Q ſcđm ſic ꝓceditur ⁊ videtur ꝙ deus nõ poſſit facere aliquid meliꝰ qualibet re q̄ȝ fac ſm ſe cõſiderata. tãto enĩ aliquid eſt meliꝰ quãto deo ꝓpinquius. ſed natura humana i chriſto nihil poteſt deo eſſe ꝓpinquius. ergo deus nihil poterit ea facere melius. ¶ Quãto aliquid eſt purius tãto eſt melius ſed Anſ. dicit in li. de conce. v. ꝙ decuit vt beata virgo ea puritate niteret qua maior ſub deo nequit intelligi. ergo deus nõ poteſt facere ea aliquid melius. ¶ Ut dicit̄ in li. de cauſis. deus equaliter ſe habet ad omĩa. ſed omĩa non ſe habent equaliter ad ipm tm̄. ergo vnaqueq̄ȝ creatã de dei bonitate recepit q̄ȝtũ recipere poteſt. nõ ergo poteſt eſſe melior q̄ȝ ſit. nihil ergo deus poteſt melius facere q̄ȝ ſit. Sed cõtra. inter quelibet infinite diſtantia poſſunt eẽ multa media. ſȝ optima creatura diſtat a deo in infinitum. ergo poſſũt eſſe aliqua media inter creaturam illam ⁊ deum. ⁊ ita deus poteſt facere aliquid melius omni creatura. ¶ Quicquid poteſt facere virtus inferior poteſt facere deus. ſed virtus naturalis poteſt facere aliquid meliꝰ q̄ȝ ſit. ergo multomagis deus. R. dicendum ꝙ duplex eſt creature bonitas. vna accidentalis ⁊ alia eſſencialis ſicut hominis accidentalis bonitas cõſiſtit in ſciẽtia et ꝟtutibus ⁊ alijs huiuſmodi. bonitas ꝟo eiꝰ eſſencialis

conſiſtit in hoc ꝙ habet ſenſum ꝛ rationem bonitatem ergo accidentalem cuiuſlibet rei deus poteſt facere meliorem etiam manente re. quia talis bonitas eſt finita et eā res ſm ſuam ſpeciem non requirit. bonitate vero eſſentiali cuiuſlibet creature cū ſit finita poteſt aliquā bonitatem maiorem facere. non tamen in eadē re ſed in alia alterius ſpeciei. quia mutatio talis bonitatis ſpeciem variat. Ad primum ergo dicendū ꝙ natura humana dupliciter poteſt cōſiderari ſm Dam. Uno mō ſm ꝙ per intellectū ſeparatur a diuinitate. ꝛ ſic ſm ipm eſt ſeruilis ꝛ defectibilis inquātum eſt creatura quedā. vnde ſic poteſt deus facere aliam creaturā ea meliorē. Alio modo ſm ꝙ eſt vnita diuinitati in pſona. ꝛ ſic deus nihil poteſt facere melius xp̄o. Ad ſcdm dicendū ꝙ purius dicit̄ aliquid p receſſum a termīo melius per acceſſum ad terminū. illud ergo qđ omnino recedit ob impuritate culpe eſt ita purum ꝙ nihil poteſt eſſe eo purius non tamē ſequitur ꝙ non poſſit eo aliquid eē melius niſi acciperem⁹ puritatem ob omi defectu ꝛ imperfectiōe ſic autē nō loquitur Anſ. Ad tertium dicēdū ꝙ creatura pticipat diuinam bonitatē ſm menſuram ſue capacitatis quā ei diuina ſapiētia ꝛ volūtas p̄fixit. poteſt autem p̄figere maiorem. ꝛ ſic plus de diuina bonitate pticiparet.

Ad tertiū ſic pceditur ꝛ videtur ꝙ illud qđ deus facit non poſſit facere modo meliori ſicut enī i littera dicit̄. fuit alius modus noſtre liberationis deo poſſibilis. ſed null⁹ cōuenientior. ſed quāto aliquid eſt melius. tanto cōuenientius. ergo deus poteſt meliori modo facere noſtram liberationem ꝛ eadem rōne nec aliquid aliud. P̄ Tanto aliquid fit melius quāto directius ꝯſequitur ſuū finem. ſed finis cuiuſlibet creature eſt pticipatio diuie bonitatis ſm modum ſibi p̄fixū quē res q̄libet totaliter attingit. alias diuina ordinatio falleret̄. ergo deus non poteſt facere meliori modo res q̄ facit. P̄ Modus operationis atteſtatur bonitati facientis iuſtus enim ē qui opatur iuſte ſm philoſophū in .ij. ethic. ſed bonitati dei nihil poteſt eſſe melius. ergo nec modo quo res facit poteſt eſſe aliquis modus melior. Sed contra Anſ. in libro de natura boni ſm q̄titatē bonitatis rei eſt quātitas modi ſpeciei ꝛ ordinis. ſed poteſt bonitate creata deus aliā facere meliorem. ergo ꝛ modo quo facit res poteſt aliqs modus eſſe melior. P̄ modus rei a deo facte q̄dam creatura eſt ꝛ ita eſt bonitatis finite. ergo tali modo poteſt eſſe aliquis alius modus melior.

R̄. dicendū ꝙ opatio media eſt inter opantem ꝛ operatum admin⁹ ſm modum intelligendi. modus ergo quo de⁹ facit res poteſt intelligi dupliciter. Uno modo ex parte illa quo operatio exit ab operante. ꝛ ſic nō poteſt deus meliori modo facere res q̄ facit. quia modus ille ſequitur bonitatem ꝛ ſapientiā facientis que ē infinita. Alio modo ex pte facti ꝛ ſic abſolute loquēdo de⁹ p̄t facē res meliori mō q̄ facit q2 p̄t eis meliorē modū eſſendi tribuere ſꝫ ex ſuppoſitōe diuini ordinis quo vnicuiqꝫ finem certū p̄fixit nō poteſt fieri meliori mō et ex hac ſuppoſitiōe procedit pma ꝛ ſcda ratio. Tertia vero de modo ex pte opantis. alie due de mō ex pte facti abſolute. vñ patet ſolutio ad obiecta.

Ad quartum ſic pceditur ꝛ videtur ꝙ de⁹ non poſſit quicquid olim potuit. potuit enī deus ab eterno non p̄deſtinare petrū. quia voluntarie eum p̄deſtinauit. ſed modo non poteſt eum non p̄deſtinaſſe. quia non poteſt eſſe ꝙ aliquis ſit non p̄deſtinatus poſtq̄ fuit p̄deſtinatus. ergo deus nō poteſt quicq̄d potuit. P̄ Deus poteſt facere ꝙ adam nullo tempore eſſet. ſed hoc modo non poteſt. quia qđ fuit non poteſt nō fuiſſe. ergo deus nō poteſt quicquid potuit. P̄ Deus potuit facere mūdū iſtum qui modo eſt. quia fecit. modo autē non poteſt eundem facere quia qđ eſt non fit. ergo deus nō poteſt quicquid olim potuit. Sed cōtra ſicut deus fuit omnipotens. ita ꝛ nūc eſt. ſed de rōne omnipotētie eſt vt ſimpliciter omia poſſit. ergo de⁹ poteſt quicq̄d potuit. P̄ Omne agēs cuius virtus in agendo non minuit̄ poteſt quicq̄d potuit. ſed deus eſt hmōi agens. ergo poteſt quicquid potuit. R̄ dicendū ꝙ in hoc potentia ꝛ ſciētia differūt quia ſcīa reſpicit res ſm ꝙ ſunt in cognoſcēte. potentia vero reſpicit res ſm ꝙ exeunt a poteſtate vt i ſeipis exiſtāt. vnde enūciabile qđ eſt res rōnis ſe habet ad ſcientiam noſtram vt mediū quo res cognoſcūtur. ſed ad potentiam hmōi habitudinē nō habet. vnde potētia nō reſpicit enūciabile niſi ſm rōnē rei quā ſignificat. ꝛ ideo ſi res vna p diuerſa enūciabilia ſignificet̄ idem poſſibile ſimpliciter iudicatur. ſꝫ in ſciētia diuerſitas enūciabiliū modū ſciētie noſtre variat q̄uis non diuie vt ſupra dictum eſt. Loquendo ergo de potentia dei p reſpectum ad rem que ſignificat̄ cū dicit̄ deus poteſt hoc vel illud aut potuit. dicendū ꝙ iſte reſpect⁹ poteſt variari dupliciter. Uno modo ex pte potentie ſicut cecus non poteſt videre q̄ prius poterat videre. ꝛ ſm hunc modū deus poteſt quicq̄d potuit. quia cuiuſcūqꝫ rei potētiam habuit habet. Alio mō ex pte poſſibilis. ꝛ ſic poteſt concedi ꝙ deus non poteſt aliquid qđ potuit. quia hoc nō habet rōnem poſſibilis qđ pus habebat. ex quo enī aliquid in p̄teritum trāſit rōnem poſſibilis amittit. quia potentia actiua reſpicit p̄ſens vel futurū. Ad primū ergo dicendū ꝙ actus p̄deſtinatōis nunq̄ tranſit in p̄teritum cum menſuret̄ eternitate. vnde ſemp eodē modo ſe habet ad diuinam potentiam ſcꝫ vt poſſibile non eſſe abſolute ꝛ vt impoſſibile non eſſe ex ſuppoſitōe qđ fit pp̄ter imutabilitatē diuini ppoſiti. Alie due rōnes pcedūt de eo qđ iā i p̄teritū trāſit. ꝛ ita poſſibilis rōnē amiſit. vnde patꝫ ſolutio ex dictis.

DI. XLV

Am de voluntate dei

rē. Hic q̄runt̄ quattuor. Primo vtꝝ in deo ſit voluntas. Secūdo vtrum voluntas dei ſit cauſa rerum. Tertio vtrū volūtatis diuine ratio ſit q̄renda. Quarto vtꝝ voluntas bn̄placiti diſtinguat̄ ꝯtra volūtatem ſigni.

Ad primū ſic pceditur ꝛ videtur ꝙ in deo voluntas nō ſit. volūtas enī eſt appetit⁹ quidā ſed appetitus deo nō ꝯuenit cū imp̄fectionē impte eſt enī rei nō habite ſm Aug. ergo volūtas in deo non eſt ponēda. P̄ In deo nihil eſt cui⁹ ſit accipe aliquam cauſam. ſed volūtas dicit reſpectū ad aliquā cauſā ſcꝫ finalē que eſt eius obiectum. ergo volūtas in deo ponēda nō eſt. P̄ Illud qđ ſe habet ad oppoſita in deo eſſe nō poteſt cum ſit mutabile. ſꝫ voluntas ſe habet ad oppoſita. ergo volūtas in deo poni nō poteſt. Sꝫ ꝯtra beatitudo deo p̄cipue cōpetit. ſꝫ beatitudo nō eſt ſine volūtate. quia ſm Aug. beatus ē qui habet quicquid vult ꝛ nihil mali vult. ergo in deo eſt volūtas. P̄ voluntas eſt pncipium laudabilium opationū. ſed deus pp̄ter ſua opa laudādus ē a nobis. ergo volūtas eſt i deo. R̄o dicēdū ꝙ cum de⁹ ſit pma rerū cauſa oportet in eo ponere illud qđ inter cetera magis habet rōnē cauſe. hoc autē eſt volūtas. nam in hoc vo

luntas ⁊ natura differũt in cauſando ꝙ natura eſt cau
ſa determiati effect⁹. ſʒ determinatõis actus ſui ad ta-
lem effectum ipa nõ eſt cauſa. ſicut non eſt cauſa ſuppi-
us. ex hoc eni ꝙ talis natura eſt. ad talẽ effectum deter
minatur. volũtas aũt non ſoluʒ effectus determinati
cauſa eſt. ſed etiã habitudinis ſue actõis ad determina
tum effectum. q2 in poteſtate volũtatis ẽ hũc vel illum
effectuʒ agere. ꝓpter qd ſola ea que voluntatẽ habẽt di-
cũtur agere q̃ſi plenam poteſtatẽ ⁊ dñium habẽtia ſup
ſuos actus. alia vero dicũtur magis agi. ⁊ ꝓpter hoc in
deo eſt volũtas. Ad primũ ergo dicendũ ꝙ nihil ꝓ-
hibet rõnem ſpeciei deo cõpetere ⁊ nõ rõnem generis.
quia ratio generis impfectionẽʒ importat rõne cuius in
deo ponimus ſcientiã. ſed nõ qualitatẽ. aut accidens.
⁊ ſimiliter in deo ponimus volũtatem nõ autẽ ꝓprie lo
quendo appetitũ. Ad ſcõm dicẽdũ ꝙ ratio illa ꝓcede
ret ſi volũtas dei haberet aliquẽ finem pter ſeipm. ipa
eni diuina bonitas eſt diuine volũtatis finis. vñ ſicut
deus pncipaliter cognoſcit eſſentiã ſuam ⁊ alia in ipa.
ita volũtas dei pncipaliter fertur in bonitatẽ ſuaʒ ⁊ in
alia rõne ipius inq̃ʒtum ad eius bonitatẽ pticipãdã or-
dinãtur. Ad tertiũ dõm ꝙ volũtas dei non ſe habet
ad oppoſita ꝑ modũ receptõis ſʒ ꝑ modum actionis. et
ideo nõ ſeq̃tur ꝙ ſit mutabilis ſʒ rerũ mutatiua.

D ſcõm ſic ꝓceditur ⁊ videtur ꝙ volũtas dei
nõ ſit cauſa rerum. quãto eni cauſa aliqua ẽ
pꝛioꝛ. tanto eſt ſimplicioꝛ. ſimplicioꝛ aũt ẽ cau
ſa ea que agit ꝑ naturã q̃ʒ que ꝑ voluntatem
nam volũtas naturam pſupponit. cum ergo de⁹ ſit cau
ſa pma videtur ꝙ agat ꝑ naturam non ꝑ volũtatem. ⁊
ita volũtas non eſt cauſa rerũ ſed ipa natura. P Il-
lud in deo ꝓprie eſt rerum cauſa qd rõneʒ pncipij habet
hec aũt ẽ potẽtia ⁊ volũtas inq̃ʒtum hmõi. ergo cauſali
tas rerum magis potẽtie q̃ʒ voluntati debet attribui.
P Effectus ꝓcedunt ab agẽte ſm eius ſimilitudinẽ
ſed ſimilitudines rerum i deo ad ſcientiam ptinent et
non ad voluntatẽ. ergo magis cauſalitas rerum ſcien-
tie q̃ʒ voluntati debet attribui. P A cauſa ꝯtingenti
non poteſt ꝓcedere effect⁹ neceſſarius ſed in reb⁹ cauſa
tis ſũt multi effectus neceſſarij. ergo non poſſũt ꝓcede-
re a volũtate que eſt cauſa ꝯtingens cũ ſit ad vtrũlibet
Sed ꝯtra ẽ qd in pſ̃ dicit̃. omnia que. vo. domin⁹ fec̃
P Dyo. di. iiij. de di. nomi. ꝙ diuinus amoꝛ nõ pmi-
ſit eum ſine germine eſſe. ſʒ amoꝛ ad voluntatẽ ptinet.
ergo cauſalitas rerũ volũtati pncipalit̃ debet attribui.
R⁹ dicenduʒ ꝙ cum forma ſit pncipium agendi ſm
hunc moduʒ aliquid agit quo forma rei facte eſt apud
ipm qd ꝯtingit dupliciter. Uno modo ſm eẽ nature ſi
cut albedo eſt in lapide. Alio per modum intentiõis ſi
cut albedo i pupilla. ⁊ vlterius i intellectu. inter quos
modos hec ẽ differẽtia. q2 forma ſm eẽ nature alicui in
herẽs determiatũ eẽ ibi habet reſpõdẽs ꝓprie rõni illi⁹
forme. ſʒ forma i intellectu nõ habet aliqd eẽ determina-
tũ qd reſpõdeat ipi forme ſʒ in q̃dã vniuerſalitate ẽ ibi
⁊ ideo opꝫ ꝙ oẽ agens in q̃ exiſtit forma facti ꝑ modũ
intelligibilẽ ſit agẽs indeterminatũ ad hunc vel illũ effe
ctum qd cõpetit agenti ꝑ volũtatẽ. e cõtrario eſt de agen
te qd habet formaʒ facti ſm eſſe nature. ⁊ q2 forme crea
turaꝝ ſũt in deo nõ ſicut i ꝓpria natura exiſtentes. ſʒ ꝑ
modũ intelligibilẽ. ideo de⁹ agit res ꝑ volũtatem. ⁊ ſic
cauſalitas reꝝ voluntati attribuit̃. Ad pmũ ḡ qd in
deo inuenit̃ duplex origo. Prima q̇dem nature ſm quã
fili⁹ orit̃ a patre. ſed h̃ nõ hʒ rõnem cauſe ⁊ cauſati. Se
cũda volũtatis ꝑut creatura a deo ꝓcedit. ⁊ in hac inue
nit̃ rõ cauſe ⁊ cauſati. q2 vt dictũ eſt ſupra. voluntas eſt
cauſa qd determinet̃ ad talẽ effectũ nõ autẽ nat̃a nec tñ
hec rõ derogat ſimplicitati cauſe pme qd ꝑ voluntatem
agit q2 i deo volũtas ẽ idẽ qd nat̃a Ad ſcõʒ dõm ꝙ in
agẽte ꝑ volũtatẽ potẽtia ſe habet vt pncipiũ exequens
ſʒ voluntas ẽ que impat. ⁊ ideo ſicut pme cauſe cauſali
tas ei magis attribuitur. Ad tertium dicendum ꝙ ſi
militudo rei que eſt in ſciente rõne ſue vniuerſalitatis
non habet de ſe ſufficienter rõneʒ cauſe ad aliquem de
terminatum effectũ quẽ opꝫ eẽ pticularẽ ſed ꝑ volun
tatem determinat̃ ad pticularem effectum forma vlis
⁊ ideo cauſalitas magis attribuit̃ voluntati q̃ʒ ſcientie
A q̃rtum dõm ꝙ lʒ voluntas dei ſe habeat ad vtrũli
bet tñ rõne ſue imutabilitatis neceſſitatẽ pſtat reb⁹ cau
ſatis. ⁊ ideo nõ eſt cauſa ꝯtingens.

D tertiũ ſic ꝓcedit̃ ⁊ videt̃ ꝙ volũtatis diuie
rõ q̃rẽda ſit. cuiuſlibet eni ſapiẽtis volũtas
ſapia regulat̃. ſʒ in his q̃ ꝑ ſapiam fiunt ratio
inuenit̃. ḡ volũtatis dei cauſa ſiue rõ querẽda ẽ. P
volũtas dei non pt eẽ niſi iuſta ſʒ iuſtitia aliquã rõneʒ
reſpicit in his q̃ ſãt. ḡ volũtatis dei aliquã cauſaʒ vel
rõnem opꝫ aſſignare. P Cognita cauſa cognoſcit̃
effect⁹. ſi ḡ nõ opꝫ aliam cauſam q̃rere in reb⁹ creatis
niſi diuinã volũtatẽ videt̃ ꝙ q̇libet de facili poſſit oĩa
ſcire cũ planũ ſit d oib⁊ q̃ ſunt ꝙ de⁹ velit ea eẽ. ⁊ ſic ſup
fluũ eẽt addiſcere ſciãs i q̇bus alie rerũ cauſe inq̃rũtur
Sʒ ꝯ cauſe pme nõ eſt cauſa q̃rẽda. ſʒ volũtas dei ẽ
pma oĩm cã. ḡ volũtatis dei nõ eſt cauſa q̃renda. P
maioꝛẽ ptãteʒ hʒ de⁹ i vniũſo q̃ʒ pnceps i regno. ſʒ in re
gno terreno qd principi placuit legis hʒ vigoꝛem. ergo
multo foꝛti⁹ voluntas dei ſufficit ad h̃ ꝙ aliq̃s effectus
fiat nec opꝫ aliã cauſã q̃rere. R⁹ dõm ꝙ volũtas di
uina dupliciẽ ꝯſiderari pt. Uno mõ ſm reſpectũ quem
hʒ ad deũ volenteʒ. ⁊ ex pte iſta nõ hʒ aliquã cauſã que
ab ipa realiter differat ſʒ ſm modũ itelligẽdi bonitas
dei ſe hʒ ad volũtatẽ dei vt mouens: ſapia vt dirigens
Alio mõ pt ꝯſiderari ſm reſpectuʒ quẽ hʒ ad effect⁹ vo
litos. ⁊ ex pte volũtatis diuie pt cã vel rõ aſſignari. ſic
enim creatura vnaq̃queq; ita ⁊ creaturaꝝ oꝛdo ſubiacet
volũtati diuie. vult ḡ vnã creaturã eẽ cauſam alteri⁹. ⁊
ſic pt dici ꝙ vult h̃ ꝓpter illud. Ad pmũ ḡ dõm ꝙ rõ
illa ꝓcedit ſm pmũ moduʒ vt ꝑ ſe ptʒ. Ad ſcõm dõm
ꝙ pma regl'a iuſticie ẽ diuia ſapia. ⁊ ido eadẽ rõ ẽ de ſa
piẽtia ⁊ iuſticia. Ad tertiũ dõm ꝙ ad ſciam effectus
opꝫ ſcire oẽs cauſas nõ ſolũ remotas ſʒ etiã ꝓxias. ⁊
ideo nõ ſufficit ad ſciaʒ de creaturis habẽdã ſcire ꝙ de
us vult ea eẽ. ſʒ opꝫ etiã alias cauſas q̃rere. h̃ tñ in va
nitatẽ reputat̃ illis phis q̃ poſtpoſita volũtate dei ſolas
cauſas inferioꝛes q̃rebãt. d q̇b⁊ Sap. xiij. dr. Uani ſũt
oẽs hoĩes in q̇bus nõ ſubeſt ſcia dei.

D q̃rtũ ſic ꝓcedit̃ ⁊ videt̃ ꝙ volũtas bñplaci
ti ꝯ volũtatẽ ſigni diſtingui debeat ſicut i cre
aturis ſũt ſig diuie volũtat̃ ita ſcie ⁊ potẽtie
nã ex magnitudie creat̃e oſtẽdit̃ de⁹ potẽs ⁊ ex oꝛdie ſa
piẽs vt habet̃ in glo. Ro. j. ſʒ potẽtie ⁊ ſapie nõ aſſignãt̃
aliq̃ ſigna. ḡ nec volũtatis P Aut illud qd de⁹ vult
volũtate ſigni vult volũtate bñplaciti. aut nõ. ſi nõ ſi-
gnũ erit falſũ cui ſignatum non reſpondet. ſi aũt vult.
ergo voluntas ſigni non debet a volũtate beneplaciti
diſtingui. P Unius ſignati vnum debet eẽ ſignum
ſed volũtas dei eſt vna ⁊ ſimplex. ergo non debẽt ei plu
ra ſigna aſſignari P Illa q̃ ſe inuicẽ ꝯſecũt̃ nõ debẽt
ꝯ inuicẽ diſtingui. ſʒ voluntas bñplaciti ⁊ dei opatio ſe
ꝯſequuntur. quia omnia quecunq; voluit fecit. vt in pſ̃
dicit̃. ergo operatio nõ debet inter ſigna volũtat̃ poni

que contra voluntatem beneplaciti diſtinguitur ℗ Sicut eſt inuenire bonum ⁊ melius. ita malum ⁊ peius ſed reſpectu boni ⁊ melioris ſunt duo ſigna voluntatis ſcʒ cõſilium ⁊ p̄ceptum. ergo debẽt duo aſſignari reſpectu mali et peioris. ℞ dicendum ꝙ aliquid dicitur de deo dupliciter. Uno modo ſm ꝓprietatem ſicut ſpiritualia vt ſapiẽtia bonitas ⁊ hmõi Alio modo metaphorice ſicut materialia qꝛ ergo voluntas in nobis et ſpũalis eſt ⁊ materialis materiale paſſione bʒ annexã. iõ vtroqꝫ modo de deo dicit̃. ſcḋo ꝙdem ꝓprie de deo dicitur voluntas ſic vocat̃ volũtas bñplaciti. qꝛ vere ⁊ ꝓprie loquendo aliquid vult volũtate ĩ bñplaciti. Scḋo vero ꝙ dicit̃ de metaphorice ſicca q̄ in nobis ſolẽt eẽ voluntatis effectus ⁊ ſigna dicũtur dei volũtas ꝓpter hoc ꝙ dicit̃ voluntas ſigni. ſicut ⁊ id qḋ in nobis ſolet eſſe ſignũ ire ſcʒ punitio in ſcriptura metaphorice ira dei nominat̃. Eſt autem in nobis duplex ſignum volũtatis accipere. Uno modo quo ad ꝓſecutionem boni. Alio modo quo ad fugam mali. Quãtum ad bonuʒ aſſignatur ꝙdem voluntatis ſignum ſm ꝙ impetuʒ facit ad opus opatio. ſm vero ꝙ de agendis diſponit conſilium ⁊ p̄ceptum. ſed cõſilium reſpectu eoꝝ ſine quibus finis haberi poteſt ſed non cõuenit ꝯgrue. p̄ceptum vero reſpectu eoꝝ ſine quibus finis haberi non poteſt Sed q̃tum ad malum etiam eſt duplex ſignum. malum enĩ quãdoqꝫ impeditur. ⁊ ſic eſt ꝓhibitio. quãdoqꝫ non impeditur. ⁊ ſic eſt ꝑmiſſio. Ad primum ergo dicenduʒ ꝙ voluntatis diuine ſigna aſſignãtur nõ ad oſtendendum ꝙ deus ſit volẽs abſolute. ſed ꝙ ſit volens hoc vel illud. ⁊ ideo ſcientie vel potentie ſigna non oſtendũtur ſed voluntatis. nam deus omnia ſcit ⁊ poteſt. ſed non om̃ia vult Ad ſcḋm dicendũ ꝙ ſicut punitio non fit ad hoc a deo vt oſtendat ſe iratum ita nec p̄ceptum ad hoc fit vt oſtendat ſe volentem ꝓpter qḋ nõ eſt ſignum falſum q̃uis deus aliquid p̄cipiat. qḋ tamẽ nõ vult voluntate beneplaciti. nõ enim dicũtur voluntatis ſigna quia adhibentur ad ſignãdum deum velle. ſed quia in nobis ſolent eſſe ſigna volendi. Ad tertium dicẽduʒ ꝙ voluntas non eſt cauſa determinata ad vnum effectum. ⁊ ideo non opʒ vnum ſolum ſignum eius accipere Ad quartum dicendum ꝙ q̃uis opatio dei nũq̃ repugnet volũtati beneplaciti tamẽ differt a voluntate beneplaciti differẽtia tẽporalis ab eterno. naʒ operatio eſt temporalis voluntas vero beneplaciti eterna. Ad quintum dicendum ꝙ omne malum dicitur ꝑ remotionem a fine. ſed non omnia bona eadeʒ ratione ordinantur in finem. ⁊ ideo vnum ſignum voluntatis ſufficit ad mala magna vel parua nõ aũt ad bona.

DI. XLVI

Jcoritur q̄ſtio. Hic

queruntur quatuor. Primo vtrum diuina voluntas debeat diſtingui ꝑ antecedentem ⁊ cõſequentem. Secũdo vtrum deus velit omnes homines ſaluos fieri Tertio vtrum mala ſit fieri bonũ. Quarto vtrum deus velit mala fieri.

D primum ſic ꝓceditur ⁊ videtur ꝙ volũtas diuina non debeat diſtingui ꝑ antecedẽtem ⁊ ꝯſequentem. modus enĩ voluntatis ſequitur actum cognitionis. ſed actus diuine cognitionis non habet prius ⁊ poſterius. cum ſua cognitio non ſit diſcurſiua. ergo non eſt verum ꝙ deus velit aliquid antecedent̃ ⁊ ꝯſequẽter. ℗ Si in deo ponitur volũtas antecedens ⁊ ꝯſequens hoc aut erit ꝓpter ordinem volũtatis aut ꝓpter ordinem volitoꝝ ſed non ꝓpter ordinem volitoꝝ quia ſic volũtas antecedẽs eſſet de primis creaturis tm̃. ſimiliter nec ꝓpter ordinem volũtatis tum ſit vna ⁊ ſimplex. ergo diuina volũtas non debet diſtingui ꝑ antecedẽtem ⁊ cõſequentem. ℗ Illud qḋ non poteſt ab alio impediri nec mutari non iudicatur ex alio. ſed a ſeipſo tantum. ſed ſm Damaſcenũ voluntas in deo dicit̃ antecedẽs q̄ſi ex ſeipſo exiſtens. ſed ꝯſequens eſt cauſa noſtra. ergo videtur ꝙ cõſequẽs voluntas deo non competat cuʒ ipſe impediri non poſſit aliunde. Sed cõtra eſt qḋ dicit̃ Dam̃. in ſcḋo li. oportet ſcire ꝙ deus antecedẽter vult omnes ſaluos fieri nõ autem ꝯſequitur. ℗ Voluntas ꝑ prius eſt finis q̃ eorum que ſunt ad finem. ſed deus vult aliquid quaſi finem. ⁊ aliquid quaſi ad finẽ. ergo deus vult aliquid antecedẽter ⁊ aliquid cõſequenter. ℞. dicendum ꝙ in actione alicuius agentis eſt aliquid cõſiderare ex parte facientis. ⁊ aliquid ex parte facti. hoꝝ duoꝝ qḋ eſt ex parte facientis prius eſt vñ ⁊ voluntas diuina que eius operatõeʒ determinat ad effectum aliquid reſpicit ex parte ipius dei volentis ⁊ facientis ſicut cõmunicatõeʒ ſue bonitatis vel aliquid hmõi. ⁊ aliqḋ ex parte facti ſcʒ qḋ natura vel conditio rei facte requirit ⁊ q̃tum ad primuʒ dicitur in deo voluntas antecedẽs q̃tum autem ad ſcḋʒ dicitur voluntas ꝯſequens. Ad primum ergo dicendum ꝙ deus non dicit̃ aliquid antecedẽter vel ꝯſequẽter velle ꝓpter ordinem q̄ ſit in actu eius volũtatis ſed ꝓpter ordinem volitoꝝ. Ad ſcḋm dicendum ꝙ ordo volitoꝝ a deo non eſt in ꝓpoſito accipiendus ſm diuerſas creaturas. ſed ſm diuerſa que ad vnam creaturam ꝑtinent. nam vni ⁊ eidem creature ꝯuenit aliqḋ ex parte dei ſcʒ totum id qḋ habet de bono. ⁊ aliquid ex parte ſui ſcʒ defectus reſpectu quorum diſtinguit̃ voluntas antecedens ⁊ cõſequens vt dictum eſt. Ad tertiũ dicendum ꝙ ordo ſapiẽtie hoc req̈rit ꝙ volũtas dei referatur ad rem ſm eius ꝯditionem. ⁊ ideo volũtas ĩ deo ꝯſequens ponitur q̃uis dei voluntas non poſſit impediri nec ĩmutari a creatura.

D ſcḋm ſic ꝓceditur. ⁊ videtur ꝙ deus non velit omnes homines ſaluos fieri nihil ẽ p̄deſtinatio aliud q̃ ꝓpoſitum dei de ſalute humana ſed non om̃es ſunt p̄deſtinati a deo. ergo ipſe non vult omnes homines ſaluos fieri. ℗ Volũtas dei vt ſupra dictum eſt. ẽ prima ⁊ ſũma cauſa omniũ rerum poſita aũt cauſa ponitur effectus. ſi ergo deus vellet omnes homĩes ſaluos fieri. omnes ſaluarentur cuius cõtrarium patet. ℗ Quecũqꝫ vult deus ſaluari diligit cũ diligere ſit velle bonũ dilecto. ſʒ deus aliquos habet odio. ſm illud Malach. j. Jacob dilexi ⁊ eſau odio habui. ⁊ in pſ. odiſti omnes q̄ operantur iniquitatem. ergo deus non vult omnes homĩes ſaluos fieri. Sed contra eſt qḋ apoſtolus dicit. j. Timo. ij. Qui vult om̃es homines ſaluos fieri. ℗ Magis eſt ꝓprium diuine volũtati qḋ eſt ex parte ſua q̃ quod ẽ ex parte noſtra ſed ſm Damaſ. deus ſm ꝙ eſt ex ipo antecedenter vult omnes homines ſaluos fieri. ſed ſm illud qḋ ex nobis eſt non vult in q̃tum merita aliquorum repugnant. ergo magis eſt dicendum ꝙ deus velit omnes homines ſaluos fieri q̃ non velit ℞ dicendum ꝙ hoc verbum apoſtoli quod in queſtione verſatur quatuor modis a diuerſis eſt intelligendum Uno modo Dama. q̄ dicit deus vult voluntate antecedente omnes homines ſaluos fieri. ſed nõ ex ꝯſequenti qḋ patet ex p̄dictis. nã q̃tuʒ ex ſeipo eſt deus vult oĩbus ſuam bonitatẽ cõicare vult tamẽ ꝙ in cõmunicatõe debitus ordo fuet. ⁊ ideo vult ꝙ illi in quibus eſt impedimentũ ꝑticipatõis glie

eām non ꝑticipent. Scḋo modo īcelligitur ab Aug̃. ⁊ habetur in lr̃a vt ſcꝫ ſit diſtributio accōmoda ꝓ illis qui ſaluantur quoꝝ nullus niſi ex diuina voluntate ſaluatur. Tertio modo īcelligitur vt fiat diſtributio ꝓ generibus ſinguloꝝ. ⁊ non ꝓ ſingulis generum. quia de quolibet genere hominū vult aliquos ſaluos fieri. ſed non oīes ⁊ hoc tangit̃ in gloſa. j. Timo. ij. Quart⁹ eſt ītellectus Orig. qui dixit ꝙ ſimpliciter erant omnes ſaluandi ex voluntate diuina. ſed hic ītellectus erat er roneus quilibet autē primoꝝ eſt verus. Ad primū er go dicendū ꝙ p̄deſtinatio includit voluntatē ſalutis. non ſolum antecedentē ſed etiā ↄſequentem q̄d patet ex hoc ꝙ p̄deſtinatio eſt ꝓpoſitum coopandi electis ī ſa lutem. Ad ſcḋm dicendū ꝙ ratio illa ꝓcedit de eo ꝙ deus ſimpliciter ⁊ abſolute vult ſm ordinē ſue ſapiētie ſine quo nihil cauſat Ad tertium dicendū ꝙ odium illud dei non eſt ſm id q̄d eſt ex eo ſed ſm ꝙ eſt ex ꝑte eo rum q̄s odio hēt· q̄ qui ſūt indigni bono quod deus p̄ parat dilectis a ſe. vñ hoc odium nō ↄtrariat̃ voluntati antecedēti ſed ↄſequēti.

Ad tertium ſic ꝓceditur ⁊ videtur ꝙ mala fie ri ſit bonum. bonum enī ē vt omnia ſint que ad ꝑfectionem vniuerſi ꝑtinent ſed multa bo na ꝑtinent ad perfectionem vniuerſi que non eſſent ſi mala non eſſent. ſicut patiētia ſine ꝑſecutione non eēt. ergo malum fieri bonum eſt. ℘ Omne iuſtū bonum eſt. ſed maluꝫ fieri iuſtum eſt. nam etiā culpe pe ne q̄dam ſunt vt patet Roma. j. ꝓpterea tradidit eos deus ⁊c̃. nec poteſt eſſe pena niſi iuſta. ergo malum fieri bonum eſt. ℘ Verum ⁊ bonum ↄuertuntur. ſꝫ verū eſt mala fieri. ergo ⁊ bonum Sed ↄtra. cuius genera tio ſubtracta ipſum quodq; eſt bonum ſm hoc. ſi ergo fieri ma la eſt bonum ipſa mala ſūt bona q̄d eſt impoſſibile. ℘ Fieri mala eſt ꝑ ſe effectus eius q̄d ē facere mala. ſed fa cere mala eſt malum. ergo ⁊ fieri mala. ℞. dicendum ꝙ dupliciter ḋ malo loq̄ poſſumus. Uno modo ſm ſe. Alio modo ſm ordinē ad aliud. ⁊ hoc dupliciter Uno modo ſm ordinē ꝑ ſe. Alio modo ſm ordinē ꝑ accidēs Bonitas ergo de malo ſm ſe ↄſiderato dici non poteſt nec de malo ſm ordinē quo ꝑ ſe ad aliquid ordinatur. ſed in ordine quo malū ꝑ accidens ordinat̃ ad aliquid poteſt aliqua ratio bonitatis īueniri inq̄ꝫtum mala ſūt occaſiones bonoꝝ. ⁊ ideo oīes in hoc ↄcordant ꝙ ma lum non eſt bonū. quia ꝑ hoc remouet̃ bonitas a malo abſolute. ſimiliter ⁊ in hoc cōcordant ꝙ facere mala nō eſt bonum. q2 ꝑ hoc deſignatur ordo mali ꝑ ſe ad ſuam cauſam. ſed in hoc ꝙ dicit̃ mala fieri vel eē impꝛtatur or do maloꝝ ad alia cōmuniter ad ꝑ ſe ⁊ ꝑ accidēs. q2 cuꝫ dicim⁹ mala fieri vel eē nihil aliud ſignificam⁹ q̄ꝫ mala inueniri inter res Sic ergo videt̃ dicendū ꝙ mala fieri ꝑ ſe loquēdo eſt maluꝫ ſed ꝑ accidēs eſt bonū inq̄ꝫtuꝫ ex malo aliq̄d bonū occaſionat̃. ⁊ quia q̄d ē ꝑ ſe verius dr̄ q̄ꝫ q̄d eſt ꝑ accidens. iḋo verior eſt opinio que poſuit ꝙ mala fieri eſt malum q̄ꝫ que poſuit ꝙ mala fieri ē bonū.

Ad primū ergo dicendū ꝙ illa bona q̄ ſūt de ꝑfectio ne vniuerſi non cōſequunt̃ ex malis niſi ꝑ accidēs. vñ nō ſeq̄tur ꝙ ꝑ ſe loquēdo malum fieri ſit bonū Ad ſcḋm dicendum ꝙ culpa non dicit̃ pena eē niſi ꝑ accidens vl̃ ratione antecedētis q̄d eſt deſertio a deo vel rōne cōſe quētis q̄d eſt amiſſio bonoꝝ gratuitoꝝ ⁊ vulneratio naturaliū vel rōne cōcomitātis q̄d eſt aliqua paſſio af flictiua ſicut patet in peccato ire vel inuidie. culpa tamē pe na non eſt etiā bona niſi ꝑ accidens ſcḋ rōne ordinis iu ſticie. Ad tertium dicendū ꝙ in ꝑfecta illa eſt falſa ac cidentis. nā malū fieri non dicit eē veꝝ niſi ſm ordinē quē habet ad intellectum vel cū mala ſunt ꝑ ſignifica

ture eſſe q̄d eſt vel nō eſſe q̄d non eſt. ⁊ hoc eſt bonuꝫ ⁊ a deo nec tamen ſequitur ꝙ per ſe loquēdo mala fieri ſit bonum.

Ad quartum ſic ꝓceditur ⁊ videtur ꝙ deus ve lit mala fieri. Omis enī volūtas ex charitate ꝓcedens deo cōformatur. ſed aliquis ſanct⁹ ex charitate vult mala fieri. quia gloriatur in tribulatiōib⁹ vt dr̄ Ro. v. ḡ ⁊ de⁹ vult mala fieri. ℘ Sic culpa opponit̃ grē ita ⁊ pena nat̃e ſꝫ de⁹ ē actor grē ⁊ nat̃e. ḡ ſicut ↄceditur ꝙ deus vult mala pene fieri ita debet cōcedi ꝙ vult mala culpe fieri. ℘ Neceſſariuꝫ eſt mala fieri vel non fieri. ſed deus non vult mala non fieri alias nō fierēt. ergo deus vult mala fieri. Sꝫ cō tra volūtas dei eſt cauſa volitoꝝ. ſed voluntas dei non eſt cauſa ꝙ mala fiant. ergo deus non vult mala fieri.

℘ Volūtas non eſt niſi finis vel eorū que ſunt ad fi nem. ſed mala fieri eſt recedere a fine. ergo deus nō vult mala fieri. ℞. dicendū ꝙ voluntas dei non eſt niſi ḋ bono. mala autē fieri non eſt ꝑ ſe bonum. ſed ꝑ accidēs vt dictum eſt non tamen poteſt dici ꝙ deus velit fieri mala ꝑ accidens ⁊ non ꝑ ſe. nam cum voluntas ſequat̃ cognitionem multa diſtinguūtur ſm voluntatē q̄ non diſtinguūtur ſm rem eo ꝙ diſtinguūtur ſm rōnem. vñ voluntas que eſt de re aliqua nō oportet ꝙ ſit de omnib⁹ que cōcomitantur rem illam. ⁊ ideo de hoc ꝙ eſt mala fieri q̄d ſm ſe ↄſideratum malum eſt dei voluntas non eſt. ē tñ de eo q̄d eſt ei annexum vel ſicut p̄cedens vel ſi cut cōſequens. p̄cedens q̄dem eſt potentia creature qua p̄t deficere ⁊ nō deficē quā potētiā de⁹ eſſe vult. ⁊ ſm ħ dicitur ꝑmittere mala. cōſequens eſt autē bonuꝫ q̄d ex malo occaſionat̃ q̄d de⁹ vult. ideo dicit̃ ordinare mala ſiue velle mala fieri ſm q̄d ⁊ cum determinatione ſcilꝫ ſcḋm q̄d iuſtū eſt Ad primum ergo dicendū ꝙ ſancti gloriantes in tribulationib⁹ nolūt peccata ꝑſequentiū ſed volūt q̄d inde ſeq̄tur ⁊ ſimiliter de⁹ Ad ſcḋꝫ dicē dum ꝙ pena in ſui rōne includit ordinem debitum ad culpam. culpa vero non includit aliquē ordinem. ⁊ iḋo non eſt ſimile. Ad tertiuꝫ dicendū ꝙ q̄ꝫuis neceſſe ſit mala fieri vel non fieri tamē deus neutrum vult loquē do ḋ malis q̄ fiunt. ſed vult ꝑmittere ea fieri hoc enī bo nū eſt nō enī neceſſariū eſt ꝙ voluntas etiā in alterā cō tradictionis ꝑtem feratur. Et ſi obijciatur de⁹ nō vult mala non fieri. dicendū ꝙ veruꝫ eſt nō tamē ꝓpter hoc factor maloꝝ eſt ſed p̄ter dei volūtatē dicūtur fieri. q2 ꝑ negationem non ponitur nec affirmatur mala volū tas. ſed potius negatur vel remouetur cum ei negatio p̄mittatur.

DI. XLVII

Voluntas quippe dei

⁊c̃. Hic q̄runt̃. iiij. Primo vtruꝫ de⁹ de neceſſitate velit q̄cq̄d vult. Secūdo vtꝝ p̄ter volūtatē ei⁹ aliq̄d fiat. Tertio vtꝝ p̄ter dei volūtatē nihil fiat. Quarto vtrū volūtas dei rebus neceſſitatē imponat.

Ad p̄mū ſic ꝓcedit̃ ⁊ videt̃ ꝙ de⁹ de neceſſitate velit q̄cq̄d vult. omē enī eternū ē neceſſarium ſ; q̄cq̄d deus vult ab eterno vult ḡ q̄cq̄d deus vult de neceſſitate vult ℘ Quicq̄d de⁹ voluit vl̃ vult poſtq̄ȝ vult illud vel voluit. non poteſt illud non velle vel non voluiſſe. quia voluntas eius eſt immutabilis ſꝫ quicquid deus vult vel voluit nunq̄ȝ non voluit. quia ab eterno voluit quicquid voluit ⁊ vult. ergo deus nō p̄t nō velle q̄d vult. ⁊ ita de neceſſitate vult quicquid vult ℘ Ex principiis neceſſariis ſeq̄t̃ ↄcluſio neceſſaria ſed ſm ꝑbm finis i appetibilib; ē ſic p̄ncipiū cum ḡ de⁹ de

neceſſitate velit ſuam bonitatē q̄ ē finis. de neceſſitate etiam volet omnia que ad eam ordinantur. ergo deus de neceſſitate vult quicquid vult. Sed cōtra neceſſitas opponitur gratuite voluntati. ſed deus vult ſaluū hominē ex gratuita volūtate. ergo non ex neceſſitate.

ꝓ Volūtas dei magis eſt libera q̄ꝫ noſtra. ſed voluntas noſtra non ex neceſſitate vult quicquid vult. ergo nec volūtas dei. ℞. dicendū ꝙ actus diuine volūtatis cum ſit ipſa dei eſſentia neceſſarius eſt. ſꝫ reſpect⁹ diuine volūtatis ad volituꝫ qui imꝑtatur cū dicim⁹ deū velle hac vel illud habet neceſſitateꝫ q̄ꝫtum ad aliq̄d volitum non tamen q̄ꝫtuꝫ ad oīa. voluntas eni neceſſarium ordinem habet ad finem vltimū que quidē neceſſitas libertati non repugnat. q꞉ nō eſt neceſſitas coactionis ſed naturalis īclinationis. ⁊ ꝑ hunc modū homo de neceſſitate vult beatitudinē. ad ea autē que ſunt ad finem volūtatis neceſſariū ordinē nō habet niſi ſint talia ſine quibus finis haberi non poſſit. ſic ergo deus de neceſſitate vult bonitatē ſuam ⁊ quicquid in ipſo ē. creaturas aūt non vult ꝺ neceſſitate. quia hoc modo ordinātur ad diuinam bonitatē vt ſine eis diuina bonitas eſſe poſſit. ⁊ ei ꝑ creaturas nihil accreſcat Ad primuꝫ ergo dicendū ꝙ aliquid dicit̄ eſſe neceſſariū dupliciter. Uno modo abſolute ꝓpter neceſſariaꝫ habitudinē ſubiecti ad ꝑdicatum. ſicut homo ē animal. ⁊ ſic nō eſt neceſſarium deum velle aliq̄d circa creaturas. quia non ē neceſſaria habitudo volūtatis ad volitum vt dictum ē Alio modo dicit̄ eſſe aliquid neceſſariū ex ſuppoſitiōe ſicut dicit̄ ſoꝛ. moueri ſi currit. ⁊ ſic eſt neceſſariū deū aliquid velle circa creaturas ex ſuppoſitiōe facta q̄ð ab eterno velit illud ⁊ ſimiliter dicendū ad ſcðm. Ad tertiū dicendū ꝙ ratio illa ꝓcedit de eo q̄ð ē ad finem neceſſarium habitudinē habēs ad finem. ſicut ꝑncipia demōſtratiōis habēt neceſſariā habitudinē ad ꝯcluſionem talē aūt habitudinē non habēt creature ad diuinā bonitatē vt dicū ē. ⁊ ideo ratio non ſeq̄tur.

D ſcðm ſic ꝓceditur ⁊ videtur ꝙ volūtas dei non ſemꝑ impleat̄. omnis eni cauſa ꝑma que ꝓducit effectum ſuum mediante eā ſcðā contingēte poteſt deficere in ſuo effec. u q̄ꝫuis in ſe ſit neceſſaria ſicut floritio arboris ꝓpter defectuꝫ virtutis plante quandoq꞉ deficit q̄ꝫuis cauſa ꝑma ſcꝫ motus ſolis ſit neceſſaria. ſed voluntas dei ꝓducit ſuū effectum volitum mediantibꝫ cauſis ſcðis cōtingentibus ſicut li. arbi. ⁊ alijs hmōi. ergo quādoq꞉ volūtas dei deficit a ſuo volito. ꝓ Quicquid de⁹ ꝑcipit vult. alias eſſet duplex ⁊ fallax in ꝑcipiendo. cum ꝑceptuꝫ ſit volūtatis ſignū. ſꝫ deus multa ꝑcipit que non fiūt. ergo voluntas dei non ſemꝑ implet̄. ꝓ Duo contraria non poſſunt ſimul eſſe. ſed mali homines habēt voluntatem diuine volūtati ꝯtrariam que quādoq꞉ impletur. ergo volūtas dei non ſemꝑ implet̄. Sed cōtra. voluntas ſemꝑ impletur niſi ſit aliquid reſiſtens. ſed volūtati dei nihil reſiſtit. Roma. ix. voluntas ergo dei ſemꝑ implet̄

ꝓ Impletio volūtatis ē ratio gaudij. ergo volūtatꝭ caſſatio eſt ratio triſticie ſed deo nō poteſt accidere aliq̄ triſticie ratio cum ſit beatiſſimus. ergo voluntas dei ſemꝑ impletur. ℞. dicendū ꝙ hec eſt differētia inter voluntatē ⁊ cognitionē ꝙ volūtas imꝑtat ordinē volentis ad rem. cognitio autē rei ad cognoſcentē. ⁊ ideo ſicut res nō habet eſſe niſi ꝯcurrētibus omnibꝫ que ad eſſe rei req̄runt̄ ita null⁹ ſapiēs dicit̄ aliq̄d velle ſimpliciter niſi q̄ð vult ꝯſideratis oīnibus que ad volitum cōcurrunt tam ex ꝑte volentis q̄ꝫ ex ꝑte voliti. illud ergo deus ſimpliciter vult q̄ð vult volūtate antecedēte taq̄ꝫ ex ſcðo ⁊ volūtate ꝯſequēte taq̄ꝫ ex volito. ⁊ hoc totuꝫ impletur ex quo nihil repugnat nec ex ꝑte volentis nec ex parte voliti. ⁊ ideo omne q̄ð deus ſimpliciter vult impletur. Ad primū ergo dicendū ꝙ ratio illa procedit quādo cauſa ꝑma efficit effectum cauſe ſcðe ⁊ nō ipſam cauſam ſcðam. ſed volūtas diuina non ſolum ē de effectibus cauſaꝝ cōtingentiū. ſed de ipſis cauſis ꝯtingentibus ꝓut ordinātur in ſuos effectus. vnde volūtas diuina de effectu cauſe cōtingēt̄is excludit omnē defectū qui cauſe poſſit accidere. vel dicendū ꝙ deus non tm̄ ē cauſa mediata eo ꝙ agit cuilibet cauſe. ſꝫ etiā imediata eo ꝙ agit ꝑ eſſentiam ſuaꝫ. Ad ſcðm dicendū ꝙ ꝑceptum diuinū ſemꝑ eſt de eo q̄ð deus vult q̄ꝫtum ex ſe ipſo eſt. hoc eni vult nos velle. ⁊ ideo reſpōdet volūtati antecedēti que non ſemꝑ implet̄ niſi cōſequēs adiungatur. Ad tertium dicendū ꝙ volūtas maloꝝ ꝯtrariatur volūtati ſigni. ſ. ꝑcepto. nō autē volūtati bñplaciti vel volūtati antecedēti ſed ꝯſequenti.

D tertiū ſic ꝓceditur ⁊ videtur ꝙ ꝑter dei volūtatem nihil fiat. potētiuſ eni eſt agens ꝑter cuius volūtatē nihil poteſt fieri q̄ꝫ illud ꝑter cuius volūtatem aliquid fieri poteſt. ſed de⁹ eſt agens potentiſſimū. ergo ꝑter eius volūtatem nihil poteſt fieri. ꝓ Quicquid deus oꝑatur vult. ſed nihil poteſt fieri ꝑter dei oꝑationē. q꞉ ipſe oꝑat̄ in omni oꝑante. ergo nihil poteſt fieri ꝑter eius volūtatē ꝓ Quicquid obſeq̄tur diuine volūtati non fit ꝑter eius volūtatem. vult eni deus ꝙ oīa ſue volūtati obſeq̄ntur. ſed nihil fit q̄ð diuine voluntati nō obſeq̄tur vt in l̄ra dicitur. ergo nihil fit ꝑter dei volūtatem. Sed ꝯtra de⁹ non vult mala fieri vt ſupra dictum eſt. ſꝫ multa mala fiunt. ergo multa fiunt ꝑter dei volūtatem. ꝓ Volūtas dei cauſa eſt coꝝ que vult. ſed multa fiūt quorū deus non eſt cauſa ſcꝫ peccata. ergo multa fiūt ꝑter dei voluntatem. ℞. dicendū ꝙ volūtas dei dupliciter accipitur. Uno modo volūtas beneplaciti. Alio modo volūtas ſigni. Loquēdo de volūtate beneplaciti ſic aliq̄d poteſt fieri ꝑter volūtatem dei tam antecedētem q̄ꝫ conſequentem. non autem cōtra ꝯſequentem que ſemꝑ impletur. ſed cōtra antecedentē que quādoq꞉ non impletur vt dictum eſt. loquēdo autē de voluntate ſigni ſic ſi loquamur de ꝑmiſſione ⁊ oꝑatione nec ꝑter voluntatē dei. nec cōtra caꝫ poteſt aliquid fieri. nihil eni poteſt fieri q̄ð deus non oꝑetur vel ꝑmittat. Si aūt loquamur de ꝑcepto ꝓhibitione ⁊ cōſilio. ⁊ ſic non ſolū ꝑter volūtatem diuinam. ſed cōtra eam multa fiunt. ⁊ hoc iō. q꞉ iſta ſigna reſpondēt volūtati antecedēti que non ſemꝑ impletur. alia vero duo reſpōdent volūtati cōſequenti que ſemꝑ impletur. oꝑatio quidem ſm ꝙ volūtas cōſequens eſt de faciēdo. ⁊ ideo ꝑter oꝑationeꝫ poteſt aliq̄d fieri. ſed non cōtra eam. ſed ꝑmiſſio reſpondet volūtati ꝯſequenti ſm ꝙ eſt de non impediēdo. ⁊ ideo ꝑter eam nihil poteſt fieri Ad primum ergo dicendum ꝙ non eſt ex impotentia diuine voluntatis ꝙ aliquid ꝑter eaꝫ fiat. ſed ex ordine ſapiētie a quo ꝓcedit ꝙ voluntas dei non impediat q̄ð impedire poteſt. ⁊ iðo illud q̄ð preter eam eſſe dicit̄ eſt preter eam ſm ꝙ eſt de non oꝑando. ⁊ non ſm ꝙ eſt de non impediendo Ad ſcðm dicendū ꝙ deformitas peccati eſt ꝑter oꝑationem dei ⁊ ꝑter ei⁹ voluntatem q̄ꝫuis ſubſtātia actus non ſit ꝑter dei oꝑationem. Ad tertium dicendū ꝙ voluntati dei ꝓut eſt de ordine vniuerſi obſequitur ille qui facit ꝯtra voluntatem dei non ꝑ ſe ſed ꝑ accidens inq̄ꝫtum deus ex malo elicit bonum non tamen obſeq̄tur voluntati qua deus velit hoc factum ꝑticulare. ⁊ ꝑter talē voluntatē aliq̄ fiunt inq̄ꝫtū de⁹ nō vult hoc ꝑticulare factū fieri.

Ad primū ſic pͦceditur. videtꝛ ꝙ ꝟtus ſit habitus vel actus. ſicut eni habetꝛ in lrā ex Aug. Bonus vſus li. ar. eſt ꝟtus. ſed vſus li. ar. eſt actus. ḡ ꝟtus eſt actus. ℗ Uirtutes inter maxima bona cōputantꝛ. habitus aūt nō ſunt maxima bona ſed actus. q: actus ſūt habitibꝰ poſteriores. ergo ꝟtutes nō ſūt habitus ſꝫ actus. ℗ Uiciū ꝟtuti opponitur cū mutuo ſe expellant. ſed viciū eſt in genē actus ipi eni actus peccata ſūt. cum ḡ oppoſita ſūt in eodē genere. videtꝛ etiā ꝙ ꝟtutes ſint actus. Sꝫ ꝯtra ꝟtutes manēt in dormiētibus cum nō niſi p̱ peccatū pdantur nō aūt ſūt ī eis actus ꝟtuoſi ad quos electio reqͥritur. ḡ ꝟtutes nō ſūt actus. ℗. Nihil eſt cauſa ſuī ipius. ſꝫ ꝟtus eſt cauſa boni actus. nam ꝟtus eſt que bonū facit habētem. ⁊ opus eius reddit bonū. ḡ ꝟtus non eſt ipe actus bonus. Rꝫ. dōm ꝙ ꝟtus nominat potētie cōplementum. eſt eni vltimū potētie. vt dicitꝛ in pͥ. ce. ⁊ mun. potētia aūt nō ſignat ipm actū. ſed actus pͥncipiuꝫ. vn̄ nec ꝟtus eſſentialiter ē actus. ſꝫ eius pͥncipiū. Jndiget eni actꝰ meritoriꝰ in nobis duplici pͥncipio Uno naturali ꝙ ſcōm actus miniſtret. ⁊ h̄ eſt potentia Alio indiget naturalibꝰ ſupaddito ꝙ actus rectificetꝛ ⁊ formetꝛ. ipa eni potētia rōnalis ſe habet ad diuerſa. ḡ aliꝗ forma p̱ quā determiata inclinetꝛ ad debitā ⁊ rectam actōeꝫ pͦmpte ⁊ delectabiliter faciēdam. ⁊ hec forma ē habitus ꝟtutis.

Ad primū ḡ dōm ꝙ Augꝰ bonū vſum li. ar. ꝟtutem nominat nō eſſentialiter ſꝫ materialiter ſm ꝙ ꝟtus dr̄ ī ꝗ ꝟtus manifeſtatꝛ. Ad ſcōm dōm ꝙ ꝟtutes inter maxima bona cōputantꝛ nō quia ſūt ſimpliciter optime. ſed ſm genus. put ī infimo genere bonoꝝ numerātꝛ ea que nō ſūt neceſſaria ad recte viuēduꝫ bona ſcꝫ exteriora in medio vero ꝗ ſūt neceſſaria ſꝫ nō ſufficiēter. q: ſe habēt ⁊ ad bonū ⁊ ad malum ſcꝫ potētia. in ſupͥmo vͦ ea que ſūt neceſſaria ⁊ ſufficiētia vtpote determiata ad bonū, ⁊ hec ſūt tam habitꝰ ꝙ̄ actus. Ad tertiū dōm ꝙ actus peccati directe ꝯtrariatꝛ actui ꝟtutis. habitꝰ vero vicioſus habitui ꝟtutis ⁊ ſe p̱ modū ꝯtrarietatis expellūt. ſꝫ ꝙ actus peccati habitū ꝟtutis expellat hoc nō eſt p̱ directam ꝯtrarietatē. ſed inꝙ̄tum ſepat a deo qui eſt cauſa ꝯſeruans ꝟtutem ſicut corpus opacū expellit lumen ab aere inꝙ̄tum iterpoſitōe ſua impedit radiorū ſolis influxum.

Ad ſcōm ſic pͦceditꝛ. videtꝛ ꝙ incōueniēter ꝟtus in lrā deſcribatꝛ. Jdē eni nō pͤt poni ī diuerſis generibꝰ ſibi nō ſubalternis. ſꝫ ꝟtus ponitur ī genere ꝙ̄titatis. diſtinguitꝛ eni ꝙ̄titas virtutis ꝯtra ꝗlitatem molꝭ. ergo incōueniēter ponitꝛ in genere qualitatis. ℗ Sicut albedo nō eſt alba. ita videtꝛ bonitas nō eſſe bona ſꝫ ꝟtus ē bonitas ꝗdam virtuoſi quia bonū facit habētē ſm phm. ḡ incōuenienter dicitꝛ ꝗlitas bona. ℗ Mens eſt ſupͥma pars aīe in qua ē dei imago. vt Augꝰ dicit ī li. de tri. ſed ꝗdaꝫ ꝟtutes ſūt que nō ſūt in ſupͥma pte anime. ſed ī inferioribꝰ ptibus vt de tēpantia ⁊ fortitudine. phs dicit in li. ethic. ergo incōueniēter dr̄ ꝙ ꝟtus eſt bona qualitas mētis. ℗ Jllud qͦd eſt ꝓpͥuꝫ alicuius ꝟtutis nō debet poni in diffinitione cōmunis ꝟtutis. ſꝫ rectitudo videtꝛ ꝓpͥe ad iuſticiam ptinere. ḡ incōueniēter ponitꝛ in cōmuni diffinitione ꝟtutis cū dicitꝛ qua recte viuitꝛ. ℗. Quicūqꝫ de aliꝗ ſupbit eo male vtitꝛ. ſed de ꝟtutibus multi ſupbiūt q: vt Augꝰ dicit etiā ī regula. Supbia etiā bonis opibus in ſup. ⁊c. ḡ falſum eſt ꝙ nullus virtutibꝰ male vtatur. ℗ Augꝰ dicit. qui creauit te ſine te non iuſtificabit te ſine te. ſed iuſtificatio nō eſt niſi p̱ ꝟtutem. ḡ deus ꝟtutes nō facit ſine nobis. ℗ Gratia nō eſt ꝟtus vt ſupra dictū eſt. ſed hec diffinitio ꝯuenit grē. ḡ incōuenienter datur de ꝟtute. Rꝫ. dōm ꝙ diffinitio iſta ſufficiēter ꝯtinet oīa que ſūt neceſſaria ad cognitionē virtutis. ꝯtinet eni cauſaꝫ formalē p̱ h̄ ꝙ tangit. genꝰ ipiꝰ cum dicitꝛ ꝙ eſt qualitas mentis. vel dōm ꝙ duplex eſt ꝟtus. ꝗdam pfecta que ducit ad verā felicitatē. ⁊ hec ē ꝟtus ḡtuita. Quedā impfecta ꝗ nō inducit ad felicitatē verā ꝗ dr̄ virtus politica ſeu acquiſita. hoc non ptinet ad theologū. ſed ad phm moralem. pͥma ptinet ad theologū. ⁊ ideo diffinit eā Augꝰ vt gratuitā. ⁊ nō politicā. ⁊ q: ſcire arbitramur vnūqͦdqꝫ cū cauſas cognoſcimꝰ. Deſcribit eā p̱ ꝙ̄tuor cauſas. ſcꝫ cauſā formalē cum dicit ꝗlitas. ꝯtinet etiam cauſā materialē ipius ſm duo. ſcꝫ ꝙ̄tuꝫ ad ipius ſubm ꝟtutis qͦd eſt mens ⁊ ꝙ̄tum ad habitudinē ipius ad ſubm in hoc ꝙ dr̄ ꝙ eſt bona qualitas mētis. ꝟtus eni eſt que bonū facit habentē. Cōtinet etiam cauſā finalē pͥmā. ſimpliciter ꝙ̄tū ad duo ſcꝫ ꝙ̄tum ad ipm in actū ꝟtutis qui eſt recte opari ī hoc ꝙ dicitꝛ qua recte viuitꝛ ⁊ ꝙ̄tuꝫ ad habitudinē ad ꝓpͥū actum ī hoc ꝙ dr̄ qua nullꝰ vtitꝛ male. ita eni ordinatꝛ ad bonū actum ꝙ mali actꝰ pͥncipiū eſſe non pͤt. cuiꝰ ꝯtrariū eſt de potētia. Cōtinet etiā cauſā efficiētē in h̄ ꝙ dicit ꝙ̄ deus in nobis ⁊c. Ad ar. primū dōm ꝙ virtus ſm eſſentiā ſuā eſt ī genere qualitatis. ſed dr̄ ꝙ̄titas virtutis ſm quādaꝫ ſimilitudinē put ꝟtꝰ ē diuiſibilis ſm obiecta. diffinitio eni eſt ꝓpͥa ꝙ̄titatꝭ. Ad ſcōꝫ dōm ꝙ in formis traſcendētibꝰ hoc ē ſpeciale ꝙ circa de abſtractis ponūtꝛ. quicꝗd eni intellectu ꝯcipitur accipitur ſub rōne entis. vn̄ ⁊ ipa eſſentia vel bonitas intelligitur vt ens quoddā ⁊ p̱ ꝯſequēs vt vnum ⁊ bonū ꝗ cum ēte ꝯuertuntꝛ. ⁊ ſic eſſentia dicitꝛ ens ex hoc ipo ꝙ ea aliquid eſt ita ⁊ bonitas dr̄ bona ex hoc ipo ꝙ ea aliꝗd bonū ē.

Ad tertiū dōm ꝙ oīs ꝟtus eſt in aliqua potētia que vel eſt mens p̱ eſſentiā vel p̱ pticipatiōem iraſcibilis et ꝯcupiſcibilis inꝙ̄tum obediūt rōni pticipant aliquid mētis. Ad quartū dōm ꝙ rectitudo ꝯſtituta in eeꝰ

erectioꝛibꝫ que in iuditiū veniūt eſt ꝓpꝛia iuſtitia ſed rectitudo actus ſcḋm ꝙ regulatur a rōne eſt cōis oibꝫ virtutibus. Ad quintū dicendū ꝙ virtute nullus male vtitur cū ipſa ſit pꝛincipiū mali vſus q: ex hoc ipſo qḋ eſt vſus a virtute pcedens malus eſſe nō pōt ſupbientes aūt de virtute ea male vtunt̄ quaſi vſus obiecto. Ad ſextū dicendū ꝙ virtutē infuſā de qua diffinitio datur deus in nobis opat̄ ſine nobis efficiētibꝫ nō tn̄ ſine nobis ꝯſentientibꝫ Ad ſeptimū dicendū ꝙ grā nō eſt imediatū pꝛincipiū boni opis qḋ deſignat̄ in hoc qḋ dicit̄ qua recte viuitur. nam vita hic ſumit̄ p actu vite. vn̄ p iſtā pticulā virtus a gratia diſtinguitur.

D tertiū ſic pcedit̄. ⁊ videt̄ ꝙ nō poſſum⁹ per actū virtutū gl'iam mereri ex ꝯdigno Ro. vi. ſup illud gratia dei vita eterna dicit glo. vt intelligerem⁹ deum ad eternā vitam pꝛo ſua miſeratōe nos pducere nō meritis nr̄is. ergo ⁊ ſic nō poſſum⁹ p merita nr̄a ad gl'iam puenire. ꝑ. Meritū cōdignū equat̄ mercedi ſed actus virtutū quos nunc agimus nō equant̄ in valoꝛe pmio vite eterne. vt patꝫ Ro. viij. exiſtimo qḋ nō ſunt ꝯdigne paſſiones hui⁹ tpis ad futurā gloꝛiā que reuelabit̄ in nobis: ergo p actus vtutum nō meremur ex cōdigno vitā eternā ꝑ. Seru⁹ qui ſe totū et ſua totaliter dn̄o debet nihil apud eū pōt mereri ſꝫ hoc modo nos debem⁹ nos ⁊ nr̄a deo. ergo nihil apud eum mereri poſſum⁹ ⁊ ſic p actus vtutū gl'iam non meremur. Sed cōtra eſt qḋ dicit̄. ij. ad Thi. iiij. Repoſita eſt mihi coꝛona iuſtitie glo. videt̄ qḋ vitā eternam tanq̄ꝫ debitā reddet cuilibꝫ fideli q: pmeruit eam p fidem. ergo p vtutū opa aliquis vitā eternā meret̄ ex cōdigno. ꝑ. Sicut ſe hꝫ culpa ad penā ita op⁹ virtutis ad gloꝛiā ſꝫ culpa ex ꝯdigno penā eternā meret̄ ergo et actus vtutis ex ꝯdigno vitā etenā meret̄. ℞. dicendū ꝙ in ope virtutis duo poſſum⁹ ꝯſiderare. ſ. illud qḋ eſt ex parte li. ar. ⁊ id qḋ eſt ex pte grē. Quantū ad illud qḋ eſt ex parte li. ar. merita nr̄a nō ſunt ꝯdigna illius gloꝛie. ſed quantū ad illud qḋ eſt ex parte grē ſic ſunt cōdigna. vn̄ ⁊ ſpc. ſſ. qui in grā nobis datur ⁊ in nobis p gratiam opat̄ dicit̄ eſſe pignus hereditatis nr̄e vt ptꝫ. ij. ad Epheſi. ij. vn̄ etiā glo. dicit Ro. ma. vj. qḋ merita quibꝫ vita reddit̄ p gratiā in nobis facta ſunt. Ad pmū dicēdū ꝙ grā dat̄ nobis ex ſola dei miſatōe. ⁊ iō ſal⁹ eterna nō meritis nr̄is inq̄ꝫtū nr̄a ſūt aſcribit̄. ſꝫ diuine miſeratōi ex qua eſt gratia merendi que merendi efficatiā pbet. Ad ſcḋm dicendū ꝙ lꝫ opa noſtra non equant̄ pmio eterno ſcḋm quantitatē equant̄ tn̄ ſcḋm ꝓpoꝛtionē pſuppoſita efficatia grē ſicut paruū ſemē poſtmodū adequat̄ arboꝛi magne ad quā virtus ſeminis eſt ꝓpoꝛtionata Ad tertiū dicendū ꝙ homo p grāꝫ ꝯſequit̄ libertatē filioꝝ dei vt ſic iam nō opetur vt ſeruus ſed vt liber p xp̄m ex ſpōtanea volūtate. ⁊ ita nihil phibet quin meret̄.

D quartū ſic pcedit̄ ⁊ videt̄ ꝙ fides nō mereatur iuſtificationē illud eni qḋ pcedit oē meritū nō cadit ſub merito. ſed iuſtificatio pꝛecedit oē meritū q: nullus pōt mereri niſi ſit iuſtus. ergo iuſtificatio nō cadit ſub merito. ꝑ Meritū eſt ſufficiens ad habendū pꝛemiū. ſed fides nō ſuffitit ad iuſtificationē ſicut ptꝫ in hijs qui habent fidē informem. ergo fides iuſtificationē non meretur. ꝑ. Juſtificatio fit p infuſionē gratie. hoc aūt nō cadit ſub merito q: gratiā dei nihil meriti pcedit hūani vt Aug. dicit. ergo fides iuſtificationē nō meret̄. Sed contra eſt qḋ dicit̄ Roma. v. Juſtificati ergo ex fide pacē habeamus ad deū. ꝑ. Juſtificatio eſt purgatio a pctō hoc aūt fit p fidē vnde dicit̄ Act. xv. Fide purificās coꝛda eorum. ergo fides iuſtificationē meret̄. ℞. dicendū ꝙ de iuſtificatōe poſſumus loqui dupliciter. vno mō quantum ad ſui pꝛincipiū. alio modo quantū ad ſui complementū. pꝛincipiū quidē iuſtificatōis eſt pꝛima gratie infuſio. ⁊ quantū ad hoc iuſtificatio nō cadit ſub merito fidei ſi meritū ꝓpꝛie accipiat̄. ſed q: pꝛima gratie infuſio fit cū motu fidei foꝛmate qui quidē eſt diſpoſitiuus ad iuſtificationē pōt dici aliquo mō qḋ motus fidei iuſtificationē meret̄ put eſt quedā diſpoſitio ad ipſam in ꝓpꝛie accipiēdo meritū. complemētū aūt iuſtificatōis ꝯſiſtit i plena curatōe pctōꝝ ⁊ augmēto ſpiritualiū donoꝝ ⁊ quantū ad hoc iuſtificatio cadit ſub merito fidei foꝛmate que eſt inter pꝛima dei dona. vnde Roma. v. ſup illud iuſtificati ex fide dicit glo. cum fides impetrat iuſtificationē ipa gratiā meret̄ augeri. ⁊ ſic patꝫ ſolutio ad obiecta.

DI. XXVIII

T vero incōcuſſe ⁊c

Hic querunt̄ q̄ttuoꝛ. Pꝛimo vtrū homo in pctō exiſtens ſine gratia poſſit pctm̄ vitare. Scḋo vtrū poſſit aliqḋ bonū facere. Tertio vtrū poſſit mandata legis implere. Quarto vtrū aliquis ſine gratia poſſit ſe pꝛepare ad gratiā habendā.

D pꝛimū ſic pcedit̄. ⁊ videt̄ ꝙ hō in pctō moꝛtali exn̄s pctm̄ moꝛtale vitare nō poſſit Aug. eni dicit in li. de pfectiōe iuſticie qḋ malicia ſe habet ad aiam ſicut curuitas ad tybiā ⁊ qḋ act⁹ pcti claudicationi compat̄. ſed habens tybiā curuam nō pt nō claudicare. g̃ exn̄s in pctō moꝛtali nō pt vitare pctm̄ ꝑ Jd qḋ aliq̄s pt ex ſeipſo nō habꝫ neceſſe petere a deo ſed vitare pctm̄ necē eſt petere a deo. vt ptꝫ. ij. ad Coꝛ. vlt. oꝛam⁹ aūt deū vt nihil mali faciatis ergo hō p ſeipm̄ nō pt pctm̄ vitare. ꝑ. Si aliq̄s ſine grā poſſet pctm̄ vitare hoc poſſet ille q ſolo oꝛiginali peccato detinet̄. hoc aūt nō pt aliq̄s alias veniēs ad adultam etatē poſſet eſſe ſine grā et ſine pctō moꝛtali qḋ eſt impoſſibile. ſic eni aliquis adultus neq̄ꝫ ad gl'iam neq̄ꝫ ad penā ſēſus finaliter pueniret. ergo nullus abſq̄ꝫ grā pōt pctm̄ vitare. Sed cōtra eſt qḋ Hiero. dicit nos dicim⁹ hoīem ſemp peccare ⁊ non peccare poſſe vt ſemp nos liberi ꝯfiteamur eē arbitrij. ergo dicere qḋ aliquis ſine grā non poſſit pctm̄ vitare repugnat libertati arbitrij. ꝑ. Neceſſitas peccādi obſtinatio quedā eſt. ſed nō oēs q ſunt ſine grā ſunt obſtinati. g̃ nō oēs q ſunt ſine grā habent neceſſe moꝛtalr̄ peccare. ℞. dicendū ꝙ circa hanc queſtōē ſic caute loquēdū eſt vt neq̄ꝫ excludēdo neceſſitatē peccādi neceſſitatē grē tollam⁹ ſcḋm pelagiū. neq̄ꝫ neceſſitatē peccādi ponēdo tollāt̄ li. ar. ſcḋm manicheum Sciendū eſt ergo ꝙ li. arbi. ſe extendit ad aliquē pticularē actū nō aūt ad totius tpis curſū in ptāte eni li. ar. ē ꝙ nūc velim hoc vel illud. aut nō veli. ſed nō eſt in ptāte li. ar. qḋ nullo tpe aliqd volitur⁹ ſim. nō eni eſt in eius ptāte imutabilitatē hēre. ⁊ iō dicendū eſt ꝙ hō etiā ſine grā in pctō moꝛtali exn̄s pōt ꝯſentire vel nō ꝯſentire in hoc pctm̄ quantū ad nūc ⁊ ꝯtrariū dicere tolleret ar. libertatē ſed nō pōt hō ſine grā firmare ſe vt nullatenus in hoc vel illud pctm̄ cōſenſur⁹ ſit. imo hec firmitas non pōt ei eſſe niſi ex adiutoꝛio diuine grē. Et ideo dicendū eſt ꝙ hō in pctō moꝛtali exn̄s pt ſingula pctā moꝛtalia vitare non tn̄ pōt facere qḋ oīa vitet q: hoc eius electōi non ſubdit̄. Ad pꝛimū ergo dicendū ꝙ ſimilitudo illa quantū ad aliquid tenet et quantū ad aliquid non tenet nam anima pctōꝛis niſi in cōtrariū renitat̄ labit̄ in pctm̄ opoꝛtunitate accepta ſicut ⁊ tybia curua claudicat. ſed tn̄ anima pctōꝛis pōt cōtra niti p rōnis iudi-

ciuin qꝺ nõ põt tybia curua. Ad ſcðm dðm ꝙ abſti-
nere ab omni pctõ vt cõiunctim accipiat̃ nõ ſubiacet li.
ar. vt dictũ eſt. ⁊ ideo apl's hoc a deo ꝑ ſuis ſubditis pe-
tebat Ad tertiũ dðm ꝙ ille qui eſt ĩ pctõ originali tñ
veniens ad adultã etatẽ neceſſe habet vel ſe ad grãm ꝑ-
parare vel negligentie culpã incurrere ⁊ ſic nõ erit ĩ ſta-
tu medio. vnde nõ ſequit̃ qꝺ neceſſe habeat in hoc vl' in
illud pctm̃ ꝯſentire. Ad ea etiã q̃ ſunt in cõtrariũ pz
de facili reſponſio ex dictis.

D ſcðm ſic ꝓcedit̃. et videt̃ ꝙ homo abſqȝ grã
bonũ facere nõ poſſit Ro. vij. dicit̃ velle adia
cet mihi. ꝑficere aũt bonũ nõ inuenio. ergo hõ
ꝑ li. ar. nõ põt ſine grã bonũ facere. ꝑ. Co-
gitatio boni ꝑcedit opationẽ eiuſdẽ. ſed hõ nõ põt ꝑ ſe
ipm̃ bonũ cogitare ſine grã. vt dicit̃. ij. ad Cor. iij. nõ ꝙ
ſufficiẽtes ſimus cogitare aliquid a nobis quaſi ex no-
bis. ergo ſine grã bonũ opari non poſſum⁹ ꝑ. Opa-
tio boni eſt actus alicuius ꝟtutis ſed ꝟtutes ſunt in no
bis ꝑ grãz. ergo ſine grã bonũ opari nõ poſſum⁹. Sȝ
contra creatura rõnalis melioꝛ eſt irrationabilibꝫ crea-
turis ſed alie creature poſſunt aliqua bona facere ꝑ ſua
naturalia. ergo multo magis homo ꝑ ſua naturalia abſ
qȝ grã bonũ agere põt ꝑ. Unũqꝺqȝ põt in hoc qꝺ eſt
ſibi naturale. ſed natural'r vult hõ bonuȝ. vt dicit. glo.
Ro. vij. g̃ hõ põt facere bonũ ꝑ ſeipm̃ ſine grã. R⁹ di-
cendũ ꝙ grã põt accipi dupl'r. vno mõ ꝓ aliquo habitu
ali dono anime diuinit⁹ indito. alio mõ ꝓ ipſa diuina
volũtate ſeu ꝓuidẽtia qua gratis nobis bona largit̃. ꝑ-
mo mõ accipiẽdo grãm poſſum⁹ aliq̃ bona ſine grã face
re que ſunt nature nr̃e ꝓpoꝛtõnata. nõ aũt bona merito
ria que nr̃e nature facultatẽ excedũt. ſcðo autẽ mõ acci-
piendi grãz nullũ bonũ ſine grã facere poſſum⁹. indiget
eni hõ diuino auxilio ad bonũ opandũ dupl'r. vno mõ
inquantũ deus opat̃ interi⁹ in omĩ natura ⁊ volũtate.
alio mõ inquantũ exteri⁹ occaſiões ⁊ adminicula ꝑbet
per ſuã ꝓuidentiã bñ opandi. Ad primũ ergo dðm ꝙ
apl'us loquit̃ de bono meritoꝛio. vel loquit̃ ſm gloſ. de
bono ꝑfecto qꝺ eſt oĩno nõ ꝯcupiſcere. Ad ſcðm dðm
ꝙ cogitatõ boni nõ põt eẽ ĩ nobꝫ ſine diuio auxilio ꝑt tñ
eſſe ſine grã habituali dono. Ad tertiũ dðm ꝙ actus
de genere alicui⁹ ꝟtutis põt eſſe in eo qui nõ habet vir-
tutẽ ꝑ iudiciũ rõnis ſicut aliquis qui nõ habet habitũ
iuſticie poteſt facere iuſta.

D tertiũ ſic ꝓcedit̃. ⁊ videt̃ ꝙ aliqs poſſit im-
plere ꝑcepta legis ſine grã. dicit̃ eni. j. Joh. v.
mandata eius grauia nõ ſunt ſed illud qꝺ nõ
eſt graue põt hõ ex li. ar. facere. ergo et manda
ta legis implere ꝑ. Nullus peccat in eo qꝺ vitare nõ
põt vt Aug. dicit. ſed aliqs nõ habẽs grãm peccat omit
tendo legis ꝑcepta. ergo ſine grã legis pꝛecepta impleri
poſſunt. ꝑ. Nullus iuſte coꝛripit̃ ſi nõ facit qꝺ face-
re nõ põt ſed hõ etiã ſine grã iuſte coꝛripit̃. ſi ꝑcepta leg̃
nõ impleat. g̃ ſine grã põt pꝛecepta legis implere. Sed
cõtra qui ſeruat dei mandata ꝑuenit ad vitã eternã. vñ
dñs dixit adoleſcẽti ſi vis ad vitã ingredi ſerua mãdata
ſi g̃ hõ põt ſine gratia ꝑcepta legis implere poterit ſine
grã ad vitã eternã ꝑuenire qꝺ eſt ꝯtra apl'm. Ro. vj. grã
dei vita eterna. ꝑ. Lex ſine gratia dicebat̃ occidere.
vt pz Ro. vij. qꝺ nõ eſſet ſi ſine gratia legis ꝑcepta poſ
ſent impleri. ergo legis ꝑcepta ſine grã impleri nõ poſ-
ſunt. R⁹ dðm ꝙ impletio pꝛeceptoꝝ legis põt accipi
dupl'r. vno mõ q̃tũ ad modũ faciẽdi quẽ legiſlatoꝛ in-
tendit vt. ſ. ea que lex ꝑcipit taliter fiant vt ſint merito-
ria vite eterne ⁊ ſic nullo mõ impletio legis ſine grã eſſe
põt. alio mõ põt ſine impletõe legis quantũ ad ſbam fa
cti qꝺ lege impat̃. ⁊ ſic ſine grã aliqs põt ſingula legis ꝑ
cepta ſeruare ꝑ li. ar. ſed nõ ſubiacet ptãti li. ar. vt total'r
legẽ ſeruet. in nullo tranſgrediẽs vel omittẽs ſicut non
ſubiacet li. ar. omnia pctã vitare. Aliq tñ dicũt qꝺ ſub
iacet li. ar. ſeruare omnia ꝑcepta q̃tũ ad vitationẽ pcti
ſed nõ ad meriti gl'ie adeptionẽ. ⁊ ſm has duas opinio
nes de facili pz rñſio ad argumẽta. Ad ꝑmũ ergo dð
ꝙ ſicut dicit Aug. in li. de natura. ⁊ grã ꝑcepta dei intel
ligunt̃ eſſe leuia amanti que ſunt dura timẽti ⁊ ſic nõ ſe
quit̃ qꝺ poſſint impleri niſi ab hñte virtutẽ charitatis.
Ad ſcðm dðm ꝙ hõ peccat omittẽdo qñ nõ ſuat ſin
gula legis ꝑcepta quantũ ad ſbam facti. ſi autẽ ſubam
facti ſeruet ⁊ nõ modũ nõ incurrit pctm̃ omiſſiõis q̃tũ
ad illud ꝑceptũ q̃uis careat merito vite Ad tertiũ di
cendũ ꝙ recte hõ coꝛripit̃ qui ꝑcepta non implet. q2 ꝑt
ex li. ar. ſeruare mandata quantũ ad ſbam neqȝ eſt ſine
eius negligẽtia qꝺ grã caret ꝑ quã ꝑt ſuare ꝑcepta etiaȝ
quantũ ad modũ.

D quartũ ſic ꝓcedit̃. ⁊ videt̃ ꝙ hõ per ſeipm̃ ſe
poſſit ꝑparare ad grãz habendã. nõ eni hõ de
bet induci ad hoc qꝺ ꝑ ſeipm̃ nõ põt. ſed ho-
mo inducit̃ vt ſeipm̃ ad grãm pꝛeparet. vt pz
Zach. j. Cõuertimini ad me ⁊ ego ꝯuertar ad vos. ergo
hõ põt ſeipm̃ ad grãm habendã pꝛeparare. ꝑ. Apoc.
iij. dicit̃. ſi quis apperuerit mihi intrabo ad eũ. ſed deus
ad nos intrat ꝑ grãm. ergo nr̃m eſt nos ad grãm pꝛepa-
re coꝛ nr̃m ei apiendo. ꝑ. Illud qꝺ facere nõ poſſu-
m⁹ ĩ nobꝫ nõ eſt ſȝ nos ad grãz pꝛepando dicimur facere
qꝺ in nobꝫ ẽ: g̃ ꝑparare nos ad gratiã eſt in nr̃a ptãte. et
ita ad hoc gratia nõ indigem⁹. Sed cõtra eſt qꝺ dici
tur ioh. vj. nemo põt venire ad me niſi pater qui miſit
me traxerit eum. ꝑ Illud qꝺ ex nobis poſſumus nõ
habem⁹ neceſſe petere a dõ oꝛãdo habem⁹ aũt neceſſe pe
tere a deo vt nos ad grãm ꝑparet ad ſe ꝯuertẽdo. vt pz
in pſal. Conuerte nos deus ſalutaris nr̃. ergo nõ eſt oi-
no in ptãte nr̃a nos ad grãm ꝑparare. R⁹ dðm ꝙ ſi ꝑ
grãz accipiat̃ aliqꝺ habituale donũ gratis nobis colla-
tum poſſum⁹ ſine grã ꝑparare nos ad grãm habendaȝ.
Si enim ad recipiendũ lumen grẽ gratũ faciẽtis ꝑexi-
gitur aliqꝺ habituale donum pari rõne ad illud donũ
pꝛeexiget aliquid aliud ⁊ ſic ĩ infinitum. ſi vero ꝑ grãm
intelligat̃ diuina ꝓuidẽtia qua miſeꝛiter homo ad bo-
nuȝ dirigit̃ ſic ſine grã nõ poteſt homo ſe ꝑparare ad ha-
bendã grãm gratũ facientẽ. tum q2 menſurã pꝛepatõis
neceſſarie ignoꝛam⁹ tum q2 volũtas nõ mutat̃ de vna
diſpoſitiõe in aliã niſi moueat̃ aliquo interioꝛi inſtinctu
vel exterioꝛi occaſione excitante ex hec omnia ꝑ diuinã
ꝓuidentiã diſpenſant̃. vñ nõ poſſum⁹ ſine dei auxilio
ad habẽdã grãm ꝑparari. Ad primũ ergo dðȝ ꝙ nos
inducimur ad faciẽdũ etiã ea que ex diuino auxilio poſ
ſumus q2 que ꝑ amicos poſſum⁹ aliqualiter ꝑ nosipos
poſſum⁹ vt dicit̃ in. iij. Ethi. ⁊ ſic inducimur vt ꝯuerta
mur ad deũ a quo tñ petim⁹ vt nos ꝯuertat. vñ dicitur
Treñ. iiij. Conuerte nos dñe ad te ⁊ ꝯuertemur. Ad
ſcðm dðm ꝙ apperire coꝛ nr̃m deo poſſum⁹ ſed nõ ſine di
uino auxilio. vñ ab eo petit̃. ij. Mach. j. Adaperiat do
minus coꝛ noſtrũ ⁊c̃. Ad tertiũ dðȝ ꝙ ptãs nr̃a nihil
opari põt ſine deo qui opat̃ in omni natura ⁊ volũtate.
vnde tum dicim⁹ aliquid eſſe in nobis non excludim⁹
dei auxilium.

DI. XXIX

Oſt hoc conſideran

dum eſt ⁊c̃. Hic queruntur quattuoꝛ
Primo vtrũ homo in gratia creat⁹ fue
rit. Scðo vtrũ grã opante indiguerit
Tertio vtrũ potuiſſet poſt pctm̃ ꝑ lignũ vite a moꝛte

pꝛeſeruari. Quarto vtrū cōuenienter ꝓpter peccatū fuerit de paradyſo eiectus.

Ad pꝛimū ſic ꝓcedit᷑. ꝛ videt᷑ ꝙ homo nō fuerit in gr̃a creatus. gratia enī quātū eſt de ſe inclinat ad vitandū pctm̄ nihil autē erat in ſtatu innocētie qḋ hoīem ad pctm̄ inclinaret. ſi ergo in gratia homo creat⁹ fuiſſet nullatenus peccaſſet qḋ ptꝫ eſſe falſum ¶. Homo ꝑ gratiā pōt ꝑficere ad meritū vite. hoc aūt in ſui conditiōe adam nō poterat. vt dicit magiſter ſup̄ diſ. xxij. ergo nō fuit ꝯditus in gratia. ¶. Cum gratia oēs virtutes ſimul infundunt᷑ ſed adam nō habuit oēs virtutes qꝛ nō habuit patientiam tum nullas moleſtias pateret᷑ nec ꝑſeuerantiā qḋ ptꝫ et ſequenti pctō. ergo hō nō fuit cōditus in gratia.

Sed contra nullus ſpoliat᷑ ab hijs que nō habet ſed homo per pctm̄ fuit vulnerat⁹ in naturalibꝫ et ſpoliat⁹ gratuitis. vt ptꝫ in glo. Luc. x. ſup illud. homo quidā deſcēdebat ꝛc. ergo homo in gratia cōditus fuit. ¶. Sine gr̃a ad dei viſionē ꝑueniri nō pōt. ſed carētia viſionis diuine eſt pena ꝯſequens ex pctō. ergo ante pctm̄ homo gratiā habuit. ℞⁰. dōm ꝙ circa hoc eſt triplex opinio. Quidā enī dixerūt qḋ homo ante pctm̄ gratiaꝫ nō habuit nec virtutes gratuitas. ſed naturā habuit integrā que fuit ꝑ pctm̄ corrupta. oēs aūt auctoꝛitates quas mgr̄ inducit ad ꝓbandū homī infuiſſe exponunt de virtutibꝫ naturalibꝫ que in ipo ꝓpter integritatē humane nature excellentiſſime fuerūt ſed hoc non cōpetit dictis ſctōꝝ. Auguſtin⁹ enī ponit hoīem in ſtatu innocentie quadā felicitate peditū eſſe: per quā ab omnibꝫ paſſionibꝫ animi ꝛ peccatis erat immunis. vt ptꝫ. xiiij. de ci. dei. ipa etiā familiaritas dei ad hoīem ſignificat eum habuiſſe gratiā. Et ideo alij dicūt qḋ homo ante pctm̄ gratiā adeptus fuit nō tn̄ eſt in gr̃a ꝯditus. ſed hͦ etiā irrōnabile videt᷑. nā cū hō ad beatitudinē habēdaꝫ creat⁹ ſit ad quā nō niſi ꝑ gratiā ꝑueniri nō pōt. nō fuit cōueniens vt homini in ſua ꝯditōe defuerit ꝑfectio gratie cū dei ꝑfecta ſint opa. ꝛ ideo ſm aliquos dōm eſt qḋ homo in gratia creatus fuit. Ad pꝛimū ergo dōm ꝙ inclinatio gratie nō eſt neceſſitatis. vñ ea nō obſtāte ꝑ li. ar. homo potuit cadere in pctm̄ Ad ſcōm ꝙ magiſter ſupꝛa locutus fuit ſm opinionem ponentiū hoīem in gratia condituꝫ nō fuiſſe vel loquebat᷑ ad oſtendendū quid homo poſſet ex li. ar. p̄ter de qua tunc agebatur.

Ad tertiū dōm ꝙ adam in ſtatu illo habuit oēs virtutes ſimul cum gratia q̄uis enim paſſionibꝫ actu non ſubiaceret habebat tn̄ naturā in quā hmōi paſſiōes accidere poſſent. ꝑſeuerātiā aūt que eſt ſpecialis ꝟtus habuit cū aliqñ habuit ꝓpoſitū finaliter ꝑſiſtēdi in bonis q̄uis nō habuit ꝑſeuerantiā que eſt circūſtantia virtutum earū ꝑmanentiā deſignans

Ad ſcōm ſic ꝓcedit᷑. ꝛ videt᷑ ꝙ homo in ſtatu innocentie gratia opante non indiguerit. ſicut enim in angelis bonis nullū ꝑceſſerat pctm̄ ita nec in homie. ſed hac rōne magiſter ſupꝛa di. v. poſuit angelos gratia opante non indiguiſſe ergo eadē ratione nec homo in ſtatu innocētie gratia opante indiguit. ¶. Juſtificatio impij eſt ꝓꝛius effectus gratie opantis ſed hoc non fuit in ſtatu innocētie quādo nulla impietas in homie pceſſerat. ergo homo in ſtatu illo gratia opante non indigebat. ¶. Homo indiget gratia plus poſt pctm̄ q̄ꝫ ante cum maioꝛē defectuꝫ patiatur ſed miſcďa dei ex qua gratia ꝓcedit miſeriā intuet᷑. vt Be. dicit. ergo plus gratie contulit homini poſt pctm̄ q̄ꝫ ante. ſꝫ tam ante q̄ꝫ poſt habuit gratiā coopantem. ergo ante pctm̄ non habuit gratiā opantē. Sꝫ cōtra poſito poſterioꝛi ponit᷑ pꝛius ſed gr̃a opans naturaliter ꝑcedit coopantē. ergo tum homo gratiā coopantem habuerit habuit etiā opantē. ¶. Gen̄. ij. dicitur qḋ poſuit hoīem in paradyſo vt oparet᷑ et cuſtodiret illum qḋ vno modo exponit᷑ ab Aug. ſup Gen̄. ad litterā vt de⁹ ꝑ hoīem oparet᷑ quātū ad eē iuſticie. hec autē gr̃a fit ꝑ gratiam opantē. ḡ homo in ſtatu innocētie habuit gratiā operantē. ℞⁰. dōm ꝙ gratia opans habet duos effectus quoꝝ vnus eſt ei eſſentialis. ſ. facere iuſtū et deo gratū. Alius eſt ei accidentalis. ſ. iniquitatē remouere. ſicut albedinis ꝓꝛius eꝛ ꝑ ſe effectus eſt facere albū ſed quod nigredinē aliquādo abijciat. hoc accidit ei ex cōditione ſubiecti cui aduenit in quo nigredo pceſſerat. dicendū eſt ergo ꝙ homo in ſtatu innocētie gratia opante indiguit quantū ad pꝛimū et pꝛincipalē effectū non aūt quantū ad ſcōm ꝛ accidētalē. ꝛ quantū ad hoc etiā ſupꝛa dicit magiſter angelos gratia coopante non indiguiſſe. ꝛ per hoc ptꝫ ſolutio ad pꝛimū. Ad ſcōm dicendū ꝙ iuſtificatio impij includit duos p̄dictos effectus gratie opantis qꝛ ad iuſtificationē impij requiritur infuſia gratie quaſi termin⁹ ad quem ꝛ remiſſio culpe. quaſi termin⁹ a quo. ergo quātū ad pꝛimū iuſtificatio in ſtatu innocentie potuit eſſe ſed non quantū ad ſecundū. Ad tertium dōm ꝙ homo poſt pctm̄ indiget gratia ad plura q̄ꝫ ante. ſed ad iuſtitiā habendā non minus indigebat gratia ante q̄ꝫ poſt et ideo gratia opante indiguit ante pctm̄ ſicut ꝛ poſt.

Ad tertiū ſic ꝓceditur. ꝛ videt᷑ ꝙ adam poſt peccatum ꝑ eſum ligni vite a moꝛte ꝑſeruari potuiſſet. bonū enim efficatius eſt ad agēdū q̄ꝫ malū ſed ꝑ lignū ſcientie boni ꝛ mali qḋ erat moꝛtis effectiuū. vt dicit᷑ Gen̄. ij. de immoꝛtali factus eſt moꝛtalis. ergo multo foꝛtius per lignuꝫ vite potuit vitam continuare etiā moꝛtalis factus. ¶. Ea que agunt virtute nature ſimiliter agunt in pctoꝛem ꝛ iuſtum ſicut ignis ſimiliter calefacit coꝛpus vtriuſqꝫ ſꝫ lignum vite virtute naturali coꝛpus hominis ante peccatū poterat ꝑſeruare a moꝛte ergo pari ratōne poſt peccatum. ¶. Dñs poſt peccatū hominē ab eſu ligni vite cohercuit ne penā moꝛtis euaderet quā peccādo meruerat. vt ptꝫ Gen̄. iij. tum dicit᷑. Videte ne foꝛte ſumat de ligno vite ꝛ viuat in eternuꝫ. hoc autē fruſtra fuiſſet niſi per lignum vite moꝛtē potuiſſet vitare. potuit ergo adam etiā poſt pctm̄ per eſum ligni vite ꝑſeruari a moꝛte. Sꝫ cōtra. illud quod eſt neceſſariū neceſſitate abſoluta nulla naturali ꝟtute poteſt immutari. ſed coꝛp⁹ hominis poſt peccatū habet neceſſitatē moꝛiendi. vt pꝫ in Glo. Romano. viij. ſuper illud. coꝛpus quidē moꝛtuum eſt ꝓpter peccatū. hec autē eſt neceſſitas abſoluta cum ſit neceſſitas materie non ergo poterat virtus naturalis ligni vite hominē poſt peccatū ꝑſeruare a moꝛte. ¶. Manente culpa pena non poteſt auferri. ſed moꝛs eſt pena oꝛiginalis peccati vt patet Roma. v. per vnum hominē peccatū in mundū intrauit ꝛ per peccatum moꝛs. lignū aūt vite non poterat peccatū oꝛiginale auferre. ergo nec a moꝛte ꝑſeruare ℞⁰. dicendū ꝙ remota virtute pꝛincipalis agentis per actionē inſtrumēti effectus ꝓduci non poteſt non enī per ſerram fieret ſcamnū ſublata arte artifitis in ſtatu autē innocentie reſpectu huiuſmodi effectus q̄ eſt ꝑpetua ꝯtinuitas vite pꝛincipalis agens erat anima que virtute oꝛiginali iuſticie poterat coꝛpus ſuū ꝑſeruare a moꝛte adhibitis aliquibꝫ adminiculis quibꝫ vt inſtrumentis vtebatur inter que pcipuū erat lignū vite. vnde remota oꝛiginali iuſtitia nec lignū vite nec aliqḋ aliḋ naturale poteſt ꝑſeruare a moꝛte ſicut nū videm⁹ qḋ natura foꝛtis adminiculo alitiuus medicine coꝛpus ſanat. ſi autē vi

goꝛe nature ſublato medicina eadē apponatᷣ:ꝯnō poterit
perficere ſanitatē. Ad primū ergo dicendū ꝙ lignum
ſcientie boni ⁊ mali non induxit ſtatū moꝛtalitatis ali
qua virtute naturali:ſed per tranſgreſſionē pꝛecepti per
quam eſt iuſticia oꝛiginalis ſublata. Ad ſcđm dicen-
dum ꝙ ratio illa ꝓcedit de rebus illis naturalibus que
habent effectus ſicut cauſe pꝛincipales agentes et nō ſi
cut inſtrumenta iuſticie alicuius. ſed de ligno vite erat
totum contrarium Ad tertiū dōm ꝙ licet per lignū
vite non potuit homo poſt peccatū totaliter ꝑſeruari a
moꝛte potuit tamen eius virtute diutius moꝛtē differ-
re qđ ei iam in miſeria cōſtituto nō expediebat. ⁊ ſic ver
ba dn̄i magis per compaſſionē ꝗ̄ per inſultationē ſunt
accipienda.

D quartū ſic ꝓceditur. ⁊ videtur ꝙ non cōue
nienter homo in penam peccati ſit de paradyſo
terreſtri eiectus. ea enim que homo per pec-
catū amiſit ꝑ chꝛiſti paſſionē ⁊ eius ſacramē-
ta recupat. ſed homo ꝑ hoc non reducitur in paradyſū
terreſtrē ergo eiectio de paradyſo terreſtri non fuit conue
niens pena ꝓ peccato. P. Per que peccat quis ꝑ hec
et toꝛquetᷣ. vt patet Sap. xj. ſed homo in paradyſo pec
cauit. ergo miſeriā in paradyſo terreſtri debuit ſuſtine-
re. P. Homo remediabiliter peccauit. angelus vero
irremediabiliter. ſed non legitur aliqua cuſtodia appo-
ſita ne angelus peccans rediret in celū empirreū ergo
multominus debuit homo taliter a paradyſo expelli ꝙ
etiā apponeretᷣ cuſtodia ꝑ quā reditus impediret Sꝫ
contra locus debet ꝓpoꝛtionari locato. ſed per peccatū
homo factus eſt miſer. ergo non debuit remanere in pa
radyſo terreſtri que erat locus felicitatis cuiuſdam.
P. Homo per peccatū reductꝰ eſt ad ſtatū conuenien
tem ſuo pꝛincipio. vt dyoniꝰ dicit in ce. Hierarch. ſed
homo extra paradyſum factus eſt ⁊ poſtmodū in para-
diſo poſitus ergo poſt peccatum debuit a paradyſo ex-
cludi ⁊ in locum in quo conditus fuerat reduci. Rꝰ.
dicendū ꝙ anima hominis taliter fuerat inſtituta vt
ꝗ̄diu ipa inobediens deo non fieret nullam inobedien
tiam ſentiret in ſuo coꝛpoꝛe nec aliquod nocumentum
ex exterioꝛib rebus que ꝓpter hominē facte ſunt ⁊ ei ſub
iecte. poſt peccatū autem ⁊ ex coꝛpoꝛe rebellionē ſenſit ⁊
ex rebus exterioꝛib nocumentū ⁊ ideo ante peccatū po
ſitus fuit in loco ꝑatiſſimo ⁊ delicatiſſimo vbi nullam
moleſtiā ex reb exterioꝛib ſentiret ſed poſt peccatū ad
locū turbulentū ⁊ anguſtijs plenū debuit educi. de quo
dictum eſt ei Geneſ. iij. Maledicta terra in opere tuo
ſpinas ⁊ tribulos germinabit tibi Ad primū ergo di
cendū ꝙ per moꝛtē chꝛiſti reſtituuntᷣ nobis potioꝛa his
que per ade peccatū amiſimꝰ. vnde nō reducimur in vi
tā animalē ꝑ paradyſum terreſtrē. ſed in gloꝛiā ſpūalem ⁊
celū empyrreū ꝗ etiam adam transferendꝰ eſſet ſi ꝑſtitiſ
ſet Ad ſcđm dōm ꝙ adam per peccatū indignū ſe pa
radyſo terreſtri reddiderat. vnde ex hoc ipo qđ a para-
dyſo excluditᷣ punitur in hoc in quo peccauit. ſicut con-
tingit cum aliquis ab eccl'ia expellitᷣ ꝓpter ſacrilegiū in
eccleſia cōmiſſum. Ad tertiū dōm ꝙ celū empyrreū
eſt locus ſpūalis gloꝛie. vnde ab eiꝰ acceſſu ſufficienter ar
centur demones pondere culpe. ſed paradyſus terreſtris
erat locus vite animalis in qua cōmunicabat hō etiā
poſt peccatū. vnde impedimēta reditū di ſpiritualia de
buerūt apponi ꝑtim ſpūalia ꝑ miniſteriū angeloꝝ que
per cherubin intelliguntᷣ partim coꝛꝑalia que ꝑ gladiū
flammeū intelliguntᷣ inter que etiā eſt nimius eſtus in-
termedius inter paradyſum terreſtrē et noſtrā habita-
bilem.

DI. XXX

A ſuperioꝛibus inſi-

nuatū ⁊c. Hic queruntur quattuoꝛ
Primo vtrū aliquod pctm̄ ab adam
in poſteros ꝑ oꝛiginale traducatᷣ Se
cundo quid ſit illud pctm̄. Tertio vtrū defectꝰ ꝗs ſen
timus ſint pena illius peccati Quarto vtrū caro om
nium hominū fuerit in adam.

D primū ſic ꝓceditᷣ. ⁊ videtᷣ ꝙ a primo paren
te nō traducatᷣ aliquod pctm̄ in poſteros. ac-
cidens enim traduci non poteſt niſi ſubiectū
traducatᷣ ſed ſubm peccati eſt anima rōnalis
que non traducitᷣ a ꝑente in pꝛolem. ergo nec pctm̄ ali-
quod a primo parente in poſteros traduci potuit P
Scđm augꝰ. xij. ſuper Gen̄. ad lit. Agens eſt nobilius
patiente. ſed coꝛpus non eſt nobilius anima. ergo non
poteſt per infectionem ſeminis coꝛꝑalis anima infici.
P. Ex hoc ipo aliquis defectꝰ a culpa excuſatᷣ qđ eſt
inuoluntariꝰ nec eſt in ptāte eius in quo inuenitur. ſed
omne quod eſt in nobis ꝑ oꝛiginē eſt inuolūtariū in no
ſtra ptāte nō exiſtens ergo nullū pctm̄ poteſt eſſe in no-
bis per oꝛiginē a primo parente traductū. Sed ꝯtra
eſt qđ dicitur Ro. v. per vnum hominē pctm̄ intrauit
in mundū ⁊ per pctm̄ moꝛs. P. Nullus indiget ſpi-
rituali ablutōe qui nō eſt ſpiritualiter infectus. ſed pue
ri mox nati indigent ſpūali ablutōne. ſ. baptiſmo. ergo
habent aliquā ſpiritualē infectionē qđ nō eſſet ſi culpa
per oꝛiginē non traduceretᷣ. Rꝰ. dōm ꝙ circa hanc q-
ſtionem in littera tanguntᷣ duo erroꝛes. quoꝝ vnus ex
cludit ſacramentoꝝ grē neceſſitatē. ſ. erroꝛ pelagianoꝝ
qui cōtendebant in paruulis nullū eſſe pctm̄ ⁊ ſic ꝑ cō-
ſequens nō indigebant baptiſmo nec redemptōne que
facta eſt per chꝛiſtum. Alius erroꝛ repugnat diuine iu-
ſticie dicentiū. ſ. in ꝑuulis non eſſe reatū culpe ſed ſolū
eſſe reatū pene ad cuius ſolutionē indigent chꝛiſto ⁊ eiꝰ
ſacramētis. iniuſtū eſt enim aliquē obligari ad penā ſi-
ne culpa cum pena iuſte non niſi culpe debeatᷣ. ⁊ ideo di
cendū eſt qđ in ꝑuulis eſt culpa oꝛiginaliter traducta
a primo parente. ad cuius euidentiā ſciendū eſt qđ ali-
quid poteſt homini attribui dupliciter. vno modo ra-
tione ſingularis ꝑſone. alio modo ratione totius natu-
re. cum autē attribuitᷣ aliquid ꝑmo modo. attribuitᷣ ſin
gulis diuiſim cum autē ſcđo modo attribuitᷣ omnib
velut vni qꝛ ꝑticipatōe ſpeciei plures hoīes ſunt vnus
homo. vt dic̄ Poꝛphiriꝰ. ſicut ergo pctm̄ actuale alicui
homini attribuitᷣ ratiōe ſingularis ꝑſone cuius eſt age
re ita peccatū oꝛiginale attribuitᷣ homini ratione natu-
re. Nā oꝛigo ſiue generatio ad nature ꝯſeruationē oꝛdi
natur. vnde ſufficit voluntas inoꝛdinata vnius ꝗ fuit
principiū totius nature ad conſtituendā rationē culpe
in omnib qui ab eo naturā humanā naturali oꝛigine
acceperūt. Ad primū ergo dicendū ꝙ anima ꝑmi ho
minis peccando infecit coꝛpus. coꝛpus autē infectū tra
ducitur cū infectōe libidinis ſeminatū. ex qua infectō
ne cōtingit etiā animā infici. qꝛ foꝛma ſequitᷣ modū ma
terie. vnde ex indiſpoſitiōe coꝛꝑis multos defectus ho-
mo a natiuitate incurrit ſicut ptꝫ de hijs qui ſunt a na-
tiuitate naturaliter ſtolidi. Ad ſcđm dōm ꝙ coꝛpus
infectū nō inficit animā quaſi agēdo. ſed magis recipiē
do qđ enī recipitᷣ in altero ſequitᷣ modū recipientis ⁊ ſic
oīs foꝛme cōmenſurantᷣ materijs nō tn̄ a materijs pa
tiuntᷣ Ad tertiū dōm ꝙ lꝫ defectꝰ ꝗ ex infectōe coꝛꝑis
redundat in animā nō ſit voluntariꝰ volūtate huius ꝑ
ſone in quam pctm̄ oꝛiginale traducitᷣ. eſt tn̄ volunta-
rium voluntate illius ꝑſone que fuit totius nature ꝑmi-

cipiū et qua ratio culpe redūdat in naturā ⁊ ꝑ conſequens in eos qui naturā corruptā a primo parente naturali generacōe accipiūt. ꝓpter quod dicitur ꝙ pſona infecit naturā. ⁊ natura inficit pſonā.

Ad ſcōm ſic ꝓcedit. ⁊ videt ꝙ ꝯcupiſcētia nō ſit pctm̄ originale i ſtatu eni innocētie pctm̄ originale nō fuit. fuit aūt ibi ꝯcupia. ſicut et amor vt ptz ꝑ aug. xiiij. de ciuitate dei. ḡ ꝯcupia nō eſt originale pctm̄. ¶ Concupia aūt ſignificat potētiā ꝯcupiſcēdi aut habitū aut actū nō eſt aūt pctm̄ originale ſm ꝙ ſignificat potentiā q2 ſic eſt naturalis ⁊ nihil naturaliū eſt malū neqꝫ ſm ꝙ ſignificat actuꝫ. q2 ſic origiale ab actuali nō differret. nec ſm ꝙ ſignificat habitū neqꝫ etiā pōt dici qđ ſit habitꝰ infuſus q2 ſic eſſet a deo neqꝫ qđ ſit naturalis q2 ſic nō eſſet malꝰ neqꝫ qđ ſit acqſitus q2 oporteret actꝰ pcedere. ḡ ꝯcupiſcētia nullo mō eſt originale pctm̄. ¶ Originale pctm̄ habet animaꝫ ꝓ ſubiecto. ꝯcupia vero de qua nunc loquitur habꝫ carnem ꝓ ſubo. nō eni pōt dici qđ pctm̄ originale ſit cōcupiſcentia qua ſpūs aduerſus carnē ꝯcupiſcit ſed magis eſt illa qua cōcupiſcit caro aduerſus ſpm. ḡ ꝯcupiſcētia nō eſt pctm̄ originale. Sꝫ cōtra eſt qđ dicit in glo. ro. vj. nō regnet pctm̄ i vro mortali corꝑe glo. i. fomes pcti ergo ipa cōcupia que ē fomes pcti ē pctm̄. ¶ Primi motus ex corruptōe originalis pcti ꝓueniūt. ſed primi motus ſunt ꝯcupiſc actuales. vt ptꝫ in glo. Ro. vij. ergo originale pctm̄ eſt ipa cōcupia. Rꝰ. dōꝫ ꝙ de pctō poſſumus duplr loqui. vno mō quātū ad ſui originē. alio mō qn̄tū ad ſui ꝯſūmationē. que quidē cōſiſtit in ꝑuatōne ſpūalis boni ꝑ qđ hō deo adhereat deo. malū eni eſt ꝑuatio boni. hec aūt priuatio ex indebita habitudine ad aliqđ cōmutabile bonū ꝯtingit ꝑ modū quo ex interpoſitōe corꝑis opaci ſequit priuatio lucis. ⁊ ita in ipa habitudie ad cōmutabile bonū origo pcti ꝯſiſtit quā etiā directe reſpicit volūtas. vñ ē rō culpe. ⁊ ideo ſicut pctm̄ actuale originalr ⁊ quaſi materialr eſt actualis cōcupiſcentia cōmutabilis boni ꝯſumatio aūt eſt gr̄e defectꝰ ita pctm̄ originale originaliter quidē ⁊ materialiter eſt cōcupiſcētie corruptio in nobis ex pctō primi pentis relicta. cōſumatiue aūt eſt carentia iuſticie vel gr̄e. ex hoc eni ipo qđ aīa ſemini infecto īfuſa reddit ad ꝯcupiſcēdū ꝓna efficit inepta ad gr̄e ſuſceptionē. Ad primū ergo dōm ꝙ in ꝑmo ſtatu erat ꝯcupia ſed ordinata que rōem pcti nō habet. Ad ſcōm dōm ꝙ originale pctm̄ eſt cōcupiſcētia habitualis et qua aliqs fit ꝓnus ad ꝯcupiſcēdum. nō ꝑ aliquē habitū ſuꝑadditū ſed ꝑ ſubtractōeꝫ originalis iuſticie ꝑ quā continebant inferiores anime vires ⁊ corꝑis membra vt nihil in eis ꝯtingeret ꝑter ordinē rōnis. Ad tertiū dōm ꝙ origiale pctm̄ eſt illa cōcupiſcētia qua caro aduerſus aīam ꝯcupiſcit que tn̄ nō eſt in carne ſed in anima. dicit enim caro cōcupiſcere in quantū anima ꝑ carnē cōcupiſcit.

Ad tertiū ſic ꝓcedit. ⁊ videt ꝙ defectꝰ pn̄tis vite nō ſint pene originalis pcti. filij eni ꝓ pctō parentū puniri nō debēt vñ habet Deu. xxiiij. Non occident pr̄es ꝓ filijs nec econuerſo. ſed vnuſqſqꝫ ꝓ pctō ſuo morietur. ſed pctm̄ origiale ex ſola voluntate primi pentis eſt inductū. ḡ iniuſtū eſt vt ꝓ eo filij ex adam geniti puniant. ¶ Mors ⁊ defectꝰ corꝑales ex neceſſitate matie ꝓueniūt ſed in matia cōicamus cū brutis. cū ḡ in brutis hmōi defectꝰ nō habeāt rōem pene nec in nobis habebūt. ¶ Pctm̄ originale cōiter eſt in oībꝫ ſed aliq hoꝝ defectuū nō ſunt in oībꝫ cōiter. ſed quidā in hijs ⁊ quidā i alijs. quidā eni naſcunt ceci alij ſurdi. vel alios defectꝰ hn̄tes. ḡ hmōi defectꝰ nō ſūt pena originalꝭ pcti. Sꝫ cōtra eſt qđ dicit Ro. viij. corpus quidē mortuū eſt ꝓpter pctm̄. ¶ Pena cōſequit culpā. ſed culpa primi pentis in poſteros traducit vt dictuꝫ eſt. ḡ ⁊ pena mortꝭ quā ei dn̄s cōminatꝰ eſt Gen. ij. qcūqꝫ die comederitis ⁊c. Rꝰ. dōm ꝙ nō qlibet defectus boni eſt pena ſꝫ ſolū defectꝰ boni qđ aliqs debꝫ hr̄e nō eni eſt pena hoi qđ nō habet alas. eſt aūt ei pena ſi n̄ habeat manꝰ. eſt aūt aliqd homi debitū duplr. vno mō ex ꝯditōe ꝑncipioꝝ naturaliū. alio mō ex munere diuino immortalitas eni et tranqllitas oīmoda corꝑis nō eſt debita hoi quaſi ſua ꝑncipia naturalia ꝯſequēs cum corpꝰ eius ſit ex cōtrarijs cōmixtū. ſed facta ſunt ei debita in ſtatu innocētie ex diuini muneris ꝯceſſiōe. ⁊ iō defectus quibꝫ hmōi bona ꝑuant ſunt penales ⁊ ſequunt originale pctm̄. Ad primū ḡ dōm ꝙ filij ade nō puniunt ꝓ pctō ade. ſed ꝓ pctō qđ ꝑ adam i eos eſt traductū vt ptꝫ ꝑ apl̄m Ro. v. ꝑ vnū hoiem pctm̄ in hūc mundū intrauit ⁊ ꝑ pctm̄ mors. Ad ſcōm dōm ꝙ rō illa ꝓcedit ſm ꝯdicionē ꝑncipioꝝ naturaliū ꝑtermiſſa ꝯceſſiōe diuini muneris. Ad tertiū dōm ꝙ lꝫ defectꝰ corꝑales aliq non ſint cōes ſm ſe. ſunt tn̄ cōes ſm ſuā cauſā q directe eſt originalis pcti pena. ſ. deſtitutio corꝑis a vtute anime qua cōtinebant ꝯtraria in mixto vt cōtra ſalutē corꝑis i ſe iuicē nō agerēt nec ab extriſeco corpꝰ lederet. hac eni vtute ſubtracta ſm diuerſas elementoꝝ cōmixtiones ⁊ exteriora agentia in pueris ⁊ adultis diuſi corporales defectꝰ inueniunt. que tamen diuerſitas a diuina ꝓuidentia debite ordinatur.

Ad qrtū ſic ꝓcedit. ⁊ videt ꝙ caro oīm nō fuerit i adam. ex adam eni ꝓcedunt eiꝰ poſteri ꝑ generatōꝫ q eſt ex ſemie ſꝫ ſemen ſm pħm nō eſt deciſū ex ſuba generātis. ſed ex ſuꝑfluo alimenti. ḡ nō pōt eſſe qđ oīm caro fuerit in primo pente. ¶ Scōm pħm in. ij. de aīa nutrimentū in ꝑncipio ē diſſile ſed in fine eſt ſile nutrito id aūt qđ nutrit eſt caro et os et hmōi corꝑis ꝑtes. ḡ nutrimentū in fine fit caro ſed nō totū nutrimentū hoim fuit in adā. ḡ nec omniū hoim caro. ¶ Corpus ade fuit finitū. ſed ex finito n̄ pōt fieri infiniti deciſio ſm eandē quantitatē. cū ḡ generatio hoim ſm curſum nature poſſit in infinitū durare videt ꝙ ſemina ex quibꝫ hoies generant non fuerint in adam cū ſint eiuſdē qn̄titatis vel fere. Sed contra accidēs nō traducit ſine traductōe ſubiecti ſed originale pctm̄ ab adam in oēs traductū eſt non aūt ꝑ traductionē ſubiecti qđ eſt aīa. ḡ ad minus ꝑ traductionē corporis. ḡ ad minꝰ oīm hoim caro i adā fuit. ¶ Seminales rōnes ad rerū origines ptinēt. ſꝫ Augꝰ. dicit ꝙ nos fuimꝰ in adam nō ſolū ſm ſeminalē rōnem. ſed etiā ſm corpulentā ſubam. ḡ nō ſolū ſumus ex adam exorti. ſed ipa ſba carnis nr̄e in adam fuit. Rꝰ. dōm ꝙ circa hāc queſtionē ſunt due opiniōes. vna eſt dicentiū. ꝙ qcqd eſt in corꝑe nr̄o de vitate humane nature totū in adam ſbalr fuit ⁊ ex eo ꝑ modū cuiuſdā multiplicatōis eſt ꝓpagatū in oēs. ſed hec opinio nō videt cōueniēs. ꝓpter duo. primo q2 multiplicatio corꝑis nō pōt intelligi ſine additōe materie vel de nouo create. vel aliunde accepte aut ſine rarefactōne. vñ Aug. dicit. x. ſuper Gen. ad lit. qđ nihil eſt abſurdiꝰ qꝫ putare nullū eſſe corpꝰ qđ manente nature ſue qn̄titate. i. nulla natura exteriori addita vndiqꝫ creſcat niſi rareſcat. et de hoc ſupra di. xviij. dictū eſt. ſed q2 generās ⁊ genitū differūt numero ⁊ cōueniunt ſpecie. vñ nō oportet ꝙ ſba carnis filij fuerit eadem numero in pente. ſed ſufficit ꝙ in filio ꝓducat ex qcūqꝫ materia ad ſilitudinē ſpeciei cū carne pentis. Et iō alij dicūt qđ caro omniū hoim nō fuit ſbalit ⁊ actualiter in adam ſꝫ originalr tm̄ ⁊ ſic in adam oēs potuerunt peccare ⁊ ab eo generari pctōres. vñ ſm hanc opi-

niſonem ad vtraſq; rõnes rñdendū eſt. Ad primū er-
go dōm ꝙ ſemen eſt materialr ex alimento: ſed ſpeciē et
virtutē habet ex ipſo generāte cuiꝰ ṽtute nutritiua ⁊ ge
neratiua eſt ad debitā digeſtionē ꝓductū ⁊ hoc ab adã
primo originē ſūpſit Ad ſcðm dōm ꝙ nutrimentū il
lud qđ in carnē cōuertit̃ nō fuit materialr in adam. ſed
virtus ꝑ quā ↄuertit̃ ab adam deſcēdit. ⁊ q2 ſpecies car-
nis que ꝑ nutrimentū aduenit eſt ex p̄dicta ṽtute. ideo
ↄñr tota hoīm caro in adam originalr fuit ſm ſpeciē lȝ
non ſm naturam. Ad tertiū dōm ꝙ rō illa ꝓcederet
ſi omīa ſemina ex quib; hoīes generant̃ fuiſſent materi
aliter in adam. Ad q̄rtū dōm ꝙ corpꝰ nr̃m ex adam
traducit̃ nō ꝙ ſit idem numero ſm materiā ſed ſm ſili-
tudinē ſpeciei q2 nec pctm̄ originale qđ in nobis eſt. eſt
idem numero cū pctō ade. Ad quintū dōm ꝙ ſm ſe-
minalē rōnem ⁊ corruptā ſbam eſſe in adam dicit quid
in nobis ex adam fuit nō ꝑ quē modū. omniū enī hoīm
p̄ter xp̄m tam rō ſeminalis .i. vis actiua i generatiōe q̄3
etiā corrupta ſba fuit in adam ſm originē. nō tñ fuit ibi
per modū ſbe corrupte in actu. De virtute aūt humane
nature quō ꝑtinet ad tractatū de reſurrectōe.

DI. XXXI

Unc ſupereſt inueſti-

gare ⁊c. Hic querunt̃ q̄ttuor. Primo
vtrū ꝑ traductionē corpis poſſit originale
pctm̄ traduci. Sc̄do vtrū ſit in corpe ſicut i ſubiecto
vel in aīa. Tertio vtrū mūdati ab origiali poſt bapti
ſmū tranſmittāt pctm̄ originale in ꝓlē Quarto vtrū
traductio originalis pcti vſq; ad finem mundi ꝑſeueret
an aliqui ſine pctō originali ſint naſcituri.

D primū ſic ꝓcedit̃ ⁊ videt̃ ꝙ ꝑ traductōȝ cor
poris pctm̄ originale traduci nō poſſit. Tra
ductio enī corpis fit ex ſemine mediāte. ſed ſe
men nō eſt ſuſceptiuū culpe cū nō habeat ani
mam que nō traducit̃ in ſemīe. ergo ꝑ traductionē cor-
poris pctm̄ originale traduci nō pt. ꝑ. In traductō
ne corpis eſt cōmixtio ſexuū ſed diuinitꝰ inſtituta. et ſe
men corpꝫ a deo creatū et delectatio que ↄcupiſcētiā
vel libidinē facit eſt ex p̄ncipijs nature cauſata que om
nia nō poſſunt eſſe cauſa pcti ergo ꝑ traductōnē corpis
pctm̄ originale traduci nō pōt. ꝑ. Habitꝰ anime ꝑ
carnis traductionē nō traducunt̃. ergo pari ratōne nec
anime defectus. ſed pctm̄ originale eſt quidā anime de
fectus. ergo ꝑ corpis traductionē non traducit̃. Sȝ
cōtra pctm̄ originale ꝑuenit in nos a primo parente. vt
pȝ Ro. v. per vnū hominē pctm̄ in hunc mundū intra
uit ſed nos a primo parente nō traducimur niſi ſm cor
pus. ergo originale pctm̄ ꝑ carnis traductōnē traducit̃
ꝑ. Sicut ſe habet pctm̄ actuale ad actū ita ſe habet
pctm̄ origiale ad originē; ſed pctm̄ actuale cauſat̃ ex in
ordinatōe actꝰ ergo ⁊ pctm̄ origiale ex corruptōe origis
origo aūt eſt ꝑ traductōȝ corpis ḡ ꝑ traductōȝ corpis ori
giale pctm̄ traducit̃. Rº. dō ꝙ ſicut ſ̄ dictū eſt pctm̄
originale ꝓprie eſt pctm̄ nature nec reſpicit ꝑſonam niſi
mediāte natura ꝑſona enim primo infecit naturã ſed
poſtmodū natura infecit ꝑſonā. vnde ſm hoc pctm̄ ori
ginale ad prolem deuenit ſm ꝙ ad eum ꝑuenit natura
humana. hoc aūtē fit ꝑ ꝑ traductionē corpis inquantū
corpus cum libidine ſeminat̃. vnde ⁊ traductio origina
lis peccati fit per traductionē corpis tum libidine ſemi
nati. ſicut enim actus generationis abſolute cōſidera-
tus traducit naturã ita libidini ꝑmixtus traducit na-
turam cum culpa. libido enim actui ꝑmixta ex pctō ori
ginali parentis initiū ſumit ⁊ ex hoc habet efficatiā ori

ginale peccatū traducendi in ꝓlem ſicut ipſe generatōis
actus inquantū eſt effectus nature naturã traducit in
prolem Ad primū ergo dicendū ꝙ licet in ſemine nō
poſſit eſſe culpa. eſt tamen ibi aliqua infectio ex libidi-
ne cauſata. que eſt principiū culpe. ſicut in ſemine lepro
ſi non eſt lepra ſed aliqua corruptio que eſt principiū le
pre. Ad ſcðm dicendū ꝙ cōmixtio ſexuū ſm ſe conſi-
derata nō habet ꝙ peccatū originale tranſmittat in ꝓ-
lem ſed hoc habet ex libidine cōiuncta q̄ ſicut eſt ex pec
cato ita peccatū cauſat. libido enim eſt vno modo inor-
dinatus actus volūtatis ⁊ ſic eſt peccatū. alio modo eſt
inordinata delectatio vl' feruor cohibitꝰ ⁊ ſic eſt actus
peccati. tertio modo eſt inordinatio viriū ⁊ ſic eſt cauſa
peccati Ad tertiū dicendū ꝙ habitus qui ſunt in ani
ma ſunt accidentia ꝑſonalia. ⁊ ideo per traductionē ſe-
minis non cauſant̃ in prole. ſed peccatū originale reſpi-
cit naturā. ⁊ ideo ꝑ actū nature .ſ. generationē traducit̃
ſicut ⁊ ipſa natura.

D ſcðm ſic ꝓcedit̃. ⁊ videtur ꝙ ſubiectū origi-
nalis peccati non ſit anima ſed caro. ſicut enī
peccatū actuale cauſat̃ per operationē alicuiꝰ
potentie ita peccatū originale per traductio-
nem carnis. ſed peccatū actuale eſt in illa potētia. ſicut
in ſubiecto cuius eſt oꝑatio per quam peccatuȝ actuale
cōmittit̃. ergo peccatū originale eſt in carne ſicut in ſub
iecto per cuius traductionē cōtrahit̃ ꝑ. Peccatū ori
ginale eſt fomes vel cōcupiſcentia. vt ſupra magiſter di
xit. Sed concupiſcentia vel eſt in carne vel eſt in virib;
carni annexis. ergo ſilr̃ peccatū originale. ꝑ. Si
peccatū origiale ſit in anima aut eſt i eſſentia aut in po-
tentia. ſed non in eſſentia anime. q2 ſic equaliter omes
vires reſpiceret qđ patȝ eſſe falſum cum generatiua pre
alijs dicatur eſſe infecta. nec etiā poteſt eſſe in potentijs
cum potentie ordinant̃ ad actuȝ quem originale pecca-
tum nō reſpicit. ergo anima nullo modo poteſt eſſe ori-
ginalis peccati ſubiectū Sed cōtra oppoſita habent
fieri circa idem. ſed peccatū originale opponit̃ originali
iuſticie cuius ſubiectū erat anima. ergo ⁊ peccatū origi
nale. ꝑ. Omnis defectus qui eſt in carne tm̄ eſt pena
et non culpa q2 ſola anima culpe ſuſceptiua eſt. ſi ergo
originale non eſſet in anima: ſed in carne non eſſet cul-
pa. ſed pena tm̄ cuius cōtrariū ſupra habitū eſt. Rº.
dōm ꝙ ſicut ſupra dictū eſt peccatū originale nō reſpi-
cit perſonā niſi mediante natura. ad naturā aūt ꝓprie ꝑ
tinet ratio ſpeciei. ⁊ que ipſam conſequūt̃ ad ꝑſonā autē
ꝓprie ꝑtinent actus qui ſunt ſingulariū. ⁊ potentie que
ad actus ordinant̃ ipſa autē anima inquantū eſt forma
corporis qđ eſt per eſſentiā ſuam ꝑficit rationē ſpeciei ⁊
ideo peccatū originale reſpicit eſſentiā anime. ſicut p̄n-
cipale ſubiectū ⁊ ex conſequēti carnem. cuius actus eſt
anima. per ſuam eſſentiā. ſicut etiam peccata actualia
que ſunt in cōcupiſcibili ⁊ iraſcibili ſunt in principalib;
ſubſtantijs. ſunt etiā ex conſequēti in organis quorum
predicte vires ſunt actus. Ad primū ergo dicendū ꝙ
traductio carnis non hoc modo ſe habet ad carnem. ſi
cut operatio potentie ad potentiā. nam potentia eſt p̄n
cipium ſue oꝑatōnis. ſed caro eſt effectus ſue traductō
nis cuius principiū eſt infectio nature generantis que
principaliter conſiſtit in anima Ad ſcðm dicendū ꝙ
concupiſcētia nō dicebat̃ eſſe originale peccatū niſi ori-
ginaliter ⁊ materialiter ſed cōſumatiue ⁊ eſſentialr pec
catū originale eſt carētia gr̃e vel iuſticie originalis cuiꝰ
ſubm eſt eſſentia aīe. Ad tertiū dōm ꝙ pctm̄ origina
le habet eſſentiā anime ꝓ ſubiecto inquantū eſt ꝑfectio
nature. et ideo precipue potentias illas reſpicit que ad
actum nature .ſ. generationis immediatiꝰ ordinantur

in quo quidē actu vis gñatiua ē vt exequēs. ɔcupiſcibilis vt imperans. tactus vt delectationē cauſans. ⁊ ideo vis gñatiua pre alijs viribꝫ aīe dr̄ eſſe in peccato originali infecta vt vis ɔcupiſcibilis pre alijs motiuis ⁊ tact⁹ pre alijs ſenſibꝫ. ⁊ hoc iō. q꜡ hmoi vires nō ſolū in ſe inordinationem hn̄t ſed etiam in alios transmittunt infectionem culpe.

D tertiū ſic ꝓcedit. ⁊ videt ꝙ baptizati originale pctm̄ ñ traducāt in prolem. Peccatum eīm̄ originale ñ ē in nob niſi inquantū ex adā per gñationē deſcendim⁹. ſed puulus iſte nō generatꝰ ex adā niſi mediāte primo pente in quo ñ ē infectio originalis pcī. ḡ pctm̄ originale in filio ex eo generato ñ ɔtrahitur. P. Pctm̄ originale ſit ɔtrahit cū natura. ſed filius ñ poſſet trahere hūanā naturā ex pr̄e qui eā ñ haberet. ḡ nec pctm̄ originale pt̄ trahi a pr̄e baptizato. P. Ut Aug⁹ dicit in li. de nuptijs ⁊ ɔcupiſcentia libido q̄ ē filia pcī. pctm̄ originale cāt in prole. ſed poſſibile ē aliquē baptizatū ad carnis cōmixtionē. ex libidine ñ moueri. vel ſi ſit ibi libido ñ ē filia pcī tuꝫ pctm̄ originale iā ſit ꝑ baptiſmū purgatū. ḡ baptizat⁹ ñ trāſmittit originale ī prolē. Sed ɔtra baptiſm⁹ ꝑncipaliter ꝯ originale ordinat. ſed pueri ex baptizatis nati ꝑ eccleſiā baptizant. ergo originale ɔtrahūt. P. ad hoc ē exēplū de circūſiōe qd̄ in lr̄a ab Aug. pōit. R°. dōꝫ ꝙ aliqd hēri pt̄ dupliciter. vno mō ī actu. alio modo ī radice. qñ ergo aliqs baptizat pctm̄ originale deſinit habere ī actu. remanet tm̄ origīalis infectio in radice. ſicut eīm̄ dictū eſt infectio origīalis terminatur ad pſonā ſed cauſat ex natura. ꝑ ſacrꝫ aūt baptiſmi purgat pſona ab infectiōe origīali. ſed tm̄ mācet iordinatio ī natura. ⁊ iō pctm̄ origīale mācet quodāmodo ī radice. ea aūt que ſic hn̄tur a gñante ꝑ actū gñatiōis traducūtur ad prolem ſicut attonſi generāt capillatos ⁊ circūciſi preputiatos vñ nihil ꝓhibet peccatū origīale a parētibꝫ baptizatis traduci ī prolē. Ad pͥmuꝫ ḡ dōm ꝙ pctm̄ origīale ad quēlibet noſtꝝ ꝑuenit ex adam mediāte proximo parēte: qui etſi ñ habeat culpam origīalem actualiter. habet tm̄ radicaliter vt dictū eſt. Ad ſcōm dōm ꝙ natura ñ pt̄ haberi ī radice qn̄ habeat in actu ab aliquo generāte ſic tm̄ habetur a ſemīe generātis. vñ ñ eſt ſimile. Ad tertiūm dicēdum ꝙ lꝫ baptizatus interdum ex libidine ñ moueatur ad carnis cōmixtionem. tamē libido ipaꝫ carnalem cōmixtionem īſeparabiliter ſequitur. ⁊ q̄uis hoc ñ cauſetur ex peccato ſicut ex proximo pͥcipio ipſo generāte a culpa origīali purgato. cauſatur tamē ſicut a pͥmo pͥncipio a peccato primi parētis.

℗. j. ad Coꝛ. xvj. nō p̄us qꝺ ſpūale eſt. ſꝫ qꝺ aīale. ſcꝫ baptiſm⁹ eſt quedā regeneratio ſpūalis. ꝰ p̄us hō aīali ꝛ carnali natiuitati naſci debꝫ ꝙ baptiſat̄. Juxta hoc ꝗrit̄ an ſi aliqs ſctificet̄ in vtero ſit poſtea baptiſand⁹.

℞⁰ dōm. qꝺ triplex eſt ſtat⁹ in hoīe p⁹ aīe infuſionē. p̄mus in vtero. ſcōs extra vterū in ſtatu infantie. Terti⁹ in adulta etate. in p̄mo not⁹ eſt deo. ignot⁹ eccl'ie ꝛ ſibi ip̄i. in ſcōo manifeſti⁹ eccl'ie. in tertio ſibi ip̄i. vn̄ in p̄mo ſtatu ſolū diuina opatōe p̄ p̄uilegiū gr̄e pt renaſci. vt ſctificati in vtero. in ſcōo p̄ miniſteriū eccl'ie. qꝛ iam circa ip̄m pt opari. in tertō p̄ opatōꝫ ꝓpriā vt i pn̄ia appet. qꝛ ꝰ baptiſm⁹ ſacrm̄ eccl'ie eſt cui⁹ circa puulū nō pōt in vtero opatio adhiberi. iō nō pt puul⁹ in vtero baptiſari.

Ad. j. Ro. v. dōm qꝺ ſilitudo eſt ꝙtū ad gr̄e xp̄i ſufficientiā nō ꝙtū ad efficientiā. nō em̄ gr̄a tranſit in oēs ſicut culpa nec i ꝗcūqꝫ ſtatu. ſꝫ ſm̄ exigētiā oꝛdis diuine.

Ad ſcōm ꝓnioꝛ eſt de⁹ ꝛc̄. dōm qꝺ verū ē ꝙtū eſt de ſe ſꝫ nos nō ita ſum⁹ ſuſceptibiles i vtō remedij ſicut moꝛbi. qꝛ cā moꝛbi ꝯiūcta eſt. ſ. ſemen infectū. ſꝫ cā remedij nō pt ꝯiūgi. ſ. ſacrm̄. Ad tertiū oppoſita nata ſunt fieri circa idē. dōm qꝺ verū eſt. ſꝫ nō ſp̄. imo in tpe determinato. Ad ſcōam q̄ſtionē dōm qꝺ ſctificat⁹ in vtō. dꝫ baptiſari ꝓpt tres rōes. Primo ꝓpt acꝗrendū caracterē ꝗ annūeret̄ in ꝑp'lo dei. ꝛ ꝗ deputet̄ ad ꝑcipiēda diuina ſacra. Scōo vt p̄ baptiſmi ſuſceptōꝫ paſſiōi xp̄i etiaꝫ coꝛpalr̄ ꝯformet̄. Tertio ꝓpt bonū obediētie qꝛ p̄ceptū ꝺ baptiſmo oibꝫ datū ē. ꝛ ab oibꝫ eſt īplendū niſi articul⁹ neceſſitatis ſacrm̄ excludat.

Ꝺ ſcōm ſic ꝓcedit̄. ꝛ videt̄ qꝺ itētio nō exigat̄ in baptiſante. intētio miſtri eſt incerta. ꝰ ſi reꝗrit̄ ad baptiſmū icertū ē hoī an ſit baptiſat⁹ ꝰ ſp̄ ē rebaptiſād⁹. ℗. Dic̄ Aug. qꝺ ſi ebrioſus baptiſat baptiſat⁹ ē ſꝫ ebrioſus cū hēat ligatū vſū rōis non hꝫ itētōꝫ. ꝰ ꝛc̄. ℗. Jn agēte īſtrumētalr̄ nō reꝗrit̄ intētio. ſꝫ in agēte p̄ncipali. miniſter ꝟo eſt agēs inſtrumētale: ꝰ ꝛc̄. ℗. Jntentio effectus ſacramēti dependet et fide. ſed infideles pn̄t baptiſare. ꝰ intētio nō requirit̄ ad baptiſmū. Cōtra Lu. xij. ſup illud ſi oculus cu⁹. glo. ꝙtum intendis tm̄ facis. ꝰ qui nihil intendit nihil fa=

fit ḡ intentio requirit̄ ad baptiſmū. ℗. Ea que ſunt p̄ter intentionē ſm p̄hm. ſunt caſualia. ſ; ſacramēta nō ſunt caſualia. ḡ nō ſunt p̄ter intentionē. Juxta hoc queritur an intētio ⁊ volūtas requirāt̄ in baptiſato. R℞. Ad eſſe cuiuſlibet ſacramēti tria ſunt neceſſaria. materia elemēti. forma ꝟboꝝ. ⁊ intētio ꝯiungens hec ⁊ applicans ad effectū. nā multe cauſe diuerſe nō ꝓducūt vnū effectū niſi aliquo mō ꝯiungant̄ in vnū. ꝯiunctio ꝟo diuerſoꝝ que dependent a volūtate hūana. nō fit niſi per intentionē ordinātē ea ad vnū. Ad primū de incertitudine intentōis dōm. ꝙ ſm quoſdā ſi deſit intentio baptiſantis. adultus nō recipit ſacramētū baptiſmi ſ; fides ⁊ deuotio effectū baptiſmi ſupplent in eo. ſi aūt ſit puer credit̄ pie qꝺ ſūm⁹ ſacerdos defectū ſuppleat. Secundū alios dōm. ꝙ in baptiſmo ⁊ in alijs ſacramētis que hñt in forma actū exercitū. nō requirit̄ mentalis intentio. ſed ſufficit exp̄ſſio intentōis p ꝟba ab eccl'ia inſtituta. Ad ſcꝺm de ebrioſo dōm ꝙ talis aut h; oīno ligatū vſum rōnis. ⁊ tunc nō intendit nec ſacrm̄ baptiſmi ꝯfert aut nō ⁊ tūc intēdit ⁊ baptiſat. Vl' d; ꝙ ebrioſus nō ſemꝑ eſt actu ebrius. ⁊ iō intentionē baptiſandi hr̄e pōt. Ad tertiū de inſtrumēto dōm. ꝙ ſm p̄hm. viij. Ethi. duplex eſt inſtrumētū. quoddā inanimatū vt ſecuris in hoc nō requirit̄ intētio. qꝺdā animatū vt ſeruus in hoc requirit̄. agit em̄ ſm impiū volūtatꝭ. Ad q̄rtum dōm. ꝙ infidelis aut errat in effectu ſacramēti. ⁊ ſic l; nō poſſit hr̄e exp̄ſſā intētionē de effectu ſacramēti. pōt tñ hr̄e in generali vt .ſ. intēdat facere qꝺ facit eccl'a: aut nō errat circa hec ſed circa alia. et tunc in nullo impedit̄ ei⁹ intētio ⁊ pōt baptiſare. baptiſat em̄ in fide eccl'ie et nō in fide ꝓpria. Ad ſcꝺam queſtionē dōm. ꝙ ſuſcipiendū baptiſmū tres ſunt differētie. quidā em̄ nunq̄ habuerūt vſum rōnis vt puuli ⁊ ꝑpetuo furioſi. ⁊ ī his volūtas nō req̄ritur nec intētō. qꝺam aliq̄n habuerunt l; tunc nō habeāt. ⁊ in his req̄ritur intētio ⁊ voluntas āñcedens. l; nō ꝯcomitans ⁊ in his intētio ⁊ voluntas aliq̄ req̄ritur aliq̄ nō. ſufficit em̄ volūtas ꝯdonata. nec req̄ritur abſoluta ad ſacramēti ſuſceptōem. ſed ad rem ſacramēti. cū ḡ qs ad baptiſmū cogit̄. aut ē coactio omnimoda p vim abſolutā. q2 violēter immergit̄. ⁊ tūc nō recipit ſacrm̄ nec rem. aut ꝯdonata q̄ p metū inducit̄. et tunc recipit ſacrm̄ ſed nō rem.

D tertiū ſic ꝓcedit̄. ⁊ videt̄. qꝺ puulus cathecuminād⁹ nō ſit. fruſtra ei adhibet̄ inſtructō ei q̄ nō eſt ꝑceptibilis diſciplie hmōi ſunt puuli. q2 nō hñt vſu; liberi arbitrij. ḡ nō debet eis inſtructio adhiberi. ℗. Jbi fit ꝓfeſſio dei ⁊ obligacio ſed puulus nō p̄t p ſe ꝓfiteri nec p alterū p̄t ꝓfitēdo obligari. ḡ fruſtra fit cathecism⁹ puulis. ℗. Propter adultos a p̄ncipio fuit inſtitut⁹ cathecisſmus. ḡ cā ceſſante debet ceſſare effect⁹. Cōtra hoc eſt eccl'ie generalis ꝯſuetudo. ℗. Vnū ⁊ idem eſt baptiſma puuloꝝ ⁊ adultoꝝ. ḡ vnus et idem debet eſſe ritus eius in vtriſq;. R℞. Cathecisſmus eſt quedā diſpoſitō ad baptiſmū. diſpoſitōes aūt ꝓportionari debēt illis ad q̄ diſponūt. Vñ in adultis in quib; eſt ꝓpria fides ⁊ ꝓpria volūtas req̄ritur qꝺ ipe p ſe chathezisetur ⁊ p ſe ꝯfiteatur et xp̄ianā religionē ꝓfiteatur. Jn puero aūt cui⁹ baptiſmus opatur tm̄ ex fide eccl'ie ⁊ xp̄i merito fit inſtructio mediāte alio. vñ ea quib; inſtruēdus eſt ꝓponūtur p̄ſēte p̄rino cui cōmittitur in his inſtruēdis ⁊ ipe loco eius ꝓfeſſionē ⁊ ꝯfeſſionē facit. Ad primū nō eſt ſuſceptibilis diſcipline dōm. Q2 tūc nō fit inſtructio vt puul⁹ inſtruat̄ ſ; vt p alterū fidē ſuſcipe ⁊ ꝓfiteri monſtret̄.

Ad ſcꝺm de ꝓfeſſione dōm ꝙ ipe puul⁹ q;uis p ſe nō poſſit ꝓfiteri tñ obligat̄ ꝓfeſſiōe p̄rini. nō quidē ſuā ꝓpriā fidē ꝯfitētis ſ; pueri ⁊ q̄rtū ad id qꝺ nūc eſt vt ſit ſenſus credo .i. ſacrā fidei p̄ſto ſu; accipe in ꝑſona pueri loquētis. vt Aug. exponit ⁊ q̄rtū ad id qꝺ futurū eſt vt ſit ſenſus credo .i. q̄n ad ꝑfectā etatē veniā fidei ꝯſenſiam ſm Dyoni. Ad tertiū ceſſante cā ⁊c. dōm. ꝙ nō fuit hec tota cā ſ; vt monſtret̄ ꝯgru⁹ ordo ſacri. ⁊ p qꝺ h; ꝟtutem q2 p paſſionē xp̄i ⁊ ea q̄ ibi ꝓfitent̄.

D q̄rtū ſic ꝓcedit̄. ⁊ videt̄ qꝺ exorciſm⁹ nihil ꝓſit. exorcizato ſtatī p baptiſma diabol⁹ pelſendus eſt. ſufficiēter ḡ p nihilo āte exorcizat̄. ℗. Si decedit puul⁹ exorcizat⁹ añ baptiſmū ita damnat̄ ſicut ſine exorciſmo. ḡ exorciſm⁹ in eo nihil opat̄. ℗. Si exorciſm⁹ efficit aliq̄d in exorcizato. nō ē tm̄ ſignum ſ; cā ſigni ⁊ ſacrm̄ ⁊ nō ſacramētale. Cōtra Aug. li. de ſymbo. dicit qꝺ puul⁹ exorcizat̄ vt diaboli ptās ab eo expellat̄. ḡ ꝓdeſt. ℗. Grego. ſacerdos cū p exorciſmi ḡrām man⁹ credētib; imponit. q̄d aliud q̄; demonia eijcit. R℞. Propter pctm̄ hoīs diabolus ptātē in hōie accepit ⁊ in ea q̄ veniūt in vſū hoīs. iō q2 nulla eſt ꝯueniētia xp̄i ad belial. q̄cq̄d ī vſū dedicat̄ xp̄i et ſcificat̄ ſiue res ſiue ꝑſona p̄us exorcizat̄. vt ptās diaboli ab eo pellat̄ q̄ aūt efficatio fuit illi⁹ adiuratōis. opiniones ſunt diūſe. Quidā em̄ dixerūt ꝙ ꝟtus ei⁹ eſt tm̄ in ſignādo ea q̄ in baptiſmo xp̄i fiunt. ſ; auctoritas grego. ⁊ augu. plus ei tribuūt. iō alij dixerūt qꝺ h; effectū in corpe ⁊ aīa nō aliq̄d ꝯferēdo. ſ; ꝓhibēs remouēdo. q2 ptās diaboli minuit̄ ne ita poſſit in puulis ⁊ in alijs baptiſādis a baptiſmo ⁊ ſalute īpedire ſicē añ poterat. Ad primū ſufficient̄ p baptiſmū pellend⁹ eſt diabol⁹ dōm. Q2 q;uis in baptiſmo ſufficient̄ pellat̄ tñ ꝓpter baptiſmi ſuſcepturi ſecuritatē ⁊ facultatē ꝓpe baptiſmi ſolēnitatē exorciſm⁹ ꝯuenient̄ p̄mittit̄. Ad ſcꝺm ſi decedit ita dānat̄. dōm qꝺ ad h̄ nō fit exorciſm⁹. vt ſine baptiſmo poſſit ſaluari puul⁹. ſ; ne a ſalute ī baptiſmo cōſequēda tā de facili īpediri poſſit. Ad tertiū ſi effect⁹ eſt ſacrm̄ no. le. dōm ꝙ nō h; effectū aliquē in ꝯferēdo bonū ſ; in cohercēdo malū. vñ nō eſt ſacrm̄.

Di. VII

Hunc de ſacramento

ꝯfirmatōis. Hic q̄runt̄ q̄nq;. Primo vtrū ꝯfirmatio ſit ſacrm̄. Scꝺo de materia. Tertio de forma. Quarto de effectu Quinto de miniſtro.

D primū ſic ꝓcedit̄ et videt̄. qꝺ ꝯfirmatio nō ſit ſacrm̄. oē em̄ ſacrm̄ eſt ſignū diuina inſtitutōe traditū. ſ; nō legit̄ ꝯfirmatio inſtituta eē a deo. ḡ nō eſt ſacrm̄. ℗. Jllud cui⁹ vſus eſt in plurib; ſacris nō eſt ſpāle ſacrm̄. ſ; criſmatis vnctio eſt huiuſmōi ḡ ⁊c. ℗. Sacrm̄ noue legꝭ fuit p̄figuratū. in veti ꝯfirmatio p̄figurata nō fuit ḡ ⁊c. Cōtra dicit raban⁹. ſcitote vtrūq; magnū eē ſacrm̄ .ſ. ꝯfirmatō; ⁊ baptiſmū ḡ ⁊c. ℗. Confirmatio eſt inuiſibil' ḡrē viſibilis forma. vt ei⁹ ſilitudinē gerat ⁊ cā exiſtat. ḡ eſt ſacrm̄.

R℞ dōm. Q2 de rōe ſacri eſt ꝙ ſit ſignū ⁊ cā ḡrē. vñ ꝯfirmatio cū ſit ſignū ⁊ cā ḡrē. apl'i em̄ cū ꝯfirmabāt p man⁹ īpoſitō; ſub ſignis viſibilib; ꝯferebāt ſpm̄ ſctm̄. vt legit̄ in act. iō ꝯfirmatio eſt ſacrm̄. Ad p̄mū a q̄ ſit inſtitutū dōm. Q2 q̄dā dixert ꝙ ab apl'is q̄ p̄mo legūt ꝯfirmaſſe. act. viij. Alij ꝙ ab eccl'ia q̄ p̄mo legit̄ ip̄i⁹ ritu; ſolēnē inſtituiſſe ⁊ p̄cepiſſe. S; ꝯ̄ h̄ eſt q2 nec apl'i nec aliaꝝ eccl'iaꝝ p̄lati ſunt factores legis ſ; miniſtri ⁊ fundamentū toti⁹ legꝭ in ſacris ꝯſiſtit. Jō alij dicūt ꝙ inſtitutum eſt h̄ ſacrm̄ a xp̄o cui⁹ ē dare ꝟtutē ſacris ſicut oīa alia dicunt̄ a xp̄o fuiſſe inſtituta h̄ aūt ꝓbāt ex h̄ qꝺ ipe deus manus puerꝭ imponebat vt legit̄. Matth. xix.

Ad ſcōm de vnctōe criſmatis. Dōm ꝙ ꝗuis materia poſſit eē cōis in pluribꝫ ſacramētis. tñ forma eſt ꝓpria.

Ad tertiū de pfiguratōe. Dōm ꝙ qꝛ effect⁹ hui⁹ ſacramenti magis ptinet ad pfectōꝫ ſalutis q̄ȝ ad neceſſitatē ideo nō fuit pfiguratū in veteri lege. ibi em̄ pfigurabāt ea q̄ ſunt neceſſitatis nō aūt q̄ pfectōis. Vel dōm ꝙ pfigurata fuit in vnctōe dd in regē. ij. Reg. ij.

D ſcōm ſic pcedit. et videt ꝙ materia h⁹ ſacri nō ſit criſma. materia em̄ cuiuſlibꝫ ſacri eſt a dño inſtituta. ſꝫ nō legit criſma nec aliqd aliud eſſe inſtitutū materia h⁹ ſacri. g̃ criſma nō ē ēētia ſiue materia h⁹ ſacri. P. Signatū h⁹ ſacri eſt ſimplex cū g̃ ſignū debeat ↄformari ſigto criſma qđ nō eſt ſimplex nō pt eſſe materia ſignās effectū h⁹ ſacramēti

P. Materia ſacri debꝫ eē cōis. oleū vo ꝛ balſamū nō eſt cōe. qꝛ nō apud oēs inueniūt. g̃ ex his nō pt ↄfici materia h⁹ ſacri. P. Videt ꝙ nō reqrit materia ſctificata nō em̄ eſt maioris vtutis ↄfirmatio q̄ȝ baptiſm⁹. in baptiſmo vo nō reqrit de neceſſitate materia ſctificata. g̃ nec in ↄfirmatōe. P. Accedit vbū ad elemētū ꝛ fit ſacramentū vt di. Aug. ſi g̃ aū ↄfirmatōꝫ criſma vbo oꝑꝫ ſctificari ipm eſt p ſe q̄ddā ſacrm. R⁹ Ad primū ī materia ſacri effect⁹ eius ſignat. Sacrm vo h ad duplicē effectū ſeu actū dat. quoꝝ eſt pm⁹. nitor fidei in firma credulitate cordis q̄ ſignat oleo oliuaꝝ. Scđs odor fame in ↄfeſſiōe oris q̄ ſignat in balſamo rōe odoris. ideo materia ↄfirmatōis cōponit ex oleo oliuaꝝ ꝛ balſamo. Ad primū nō legit materia ſacri a dño iſtituta. Dōm ꝙ plenitudo ſpūſcti nō erat danda añ xpi reſurrectōꝫ ꝛ aſcēſionē. ſicut dꝛ Joh. vij. nōdū erat ſpūs dat⁹ qꝛ nōdū erat ieſus glorificat⁹. ꝛ ideo ſcḋm vnā opinionē ea q̄ ad h ſacrm ptinēt. nō fuerūt ante xpi aſcenſionē inſtituēda ſiue ex familiari ↄſilio ſpūſcti. Scđm vo alioꝝ opinionē materiā hui⁹ ſacri dicit de⁹ p ſeipm inſtituiſſe ſꝫ denūciādū aplis dereliqt qñ vſus ſacri cōpetebat. ſ. poſt plenā ſpūſcti miſſionē. Ad ſcḋm ſignatū ſimplex ē. dōm ꝙ ꝗuis gr̃a ↄfirmatōis ſit ſimplex i ēētia tñ duplex eſt i effectu.

Ad tertiū de cōmunitate materie. dōm ꝙ materia dꝫ eſſe cōis in ſacris neceſſitatis. ſꝫ in ſacris dignitatis ꝛ pfectōis nō oꝑꝫ. Ad ſcḋam q̄ſtionē dōm. ꝙ quedā ſūt ſacra neceſſitatis ꝛ ideo in his lꝫ reqrat ſctificatio materie ad ſolennitatē. nō tñ ad neceſſitatē vt in baptiſmo. q̄dā vo ſunt pfectōis. ꝛ ideo in his reqrit ſctificatio ad ſolennitatē ꝛ neceſſitatē duplex. vna ante vſum. altera in vſu ſicut vtutis collatio fit alicui inſtrumēto qñ figura inſtrumenti ei dat iterū qñ a mouēte in motu vtus opandi ei ↄfert. Ad primū de baptiſmo dōm. ꝙ ideo i baptiſmo ſctificatio nō ita reqrit ſicut in ↄfirmatōne nō qꝛ ſit minoris ſctitatis ſiue vtutis ſꝫ qꝛ maioris neceſſitatis. Ad ſcḋm accedit vbū ꝛc. dōm. ꝙ nō intelligit de q̄cunqꝫ vbo. ſꝫ illo in q̄ ↄſiſtit forma ſacri.

D tertiū ſic pcedit. ꝛ videt ꝙ hec forma vborum ↄſigno te ſigno ſancte crucis. ꝛ cōfirmo te criſmate ſalutis in noīe pr̄is ꝛc. ſacro confirmatōis nō ↄueniat. forma em̄ dicit eē eadē apud oēs ſꝫ hec nō eſt eadē apud oēs. Alij em̄ dicūt criſmate ſctificatōis. videt g̃ ꝙ ñ ſit ↄuēiēs. P. Chriſt⁹ nullā tradidit formā apli etiā forma vſi legunt. g̃ videt ꝙ hec nō ſit ↄgrua forma. P. Sola inuocatō trinitatis eſt forma ſctificatōnis in ſacris. g̃ ſuꝑfluit totū reſiduū excepto h qđ dicit i noīe. p. ꝛf. ꝛ ſ. s. añ. P. Sufficit ſe aut aliū ſignare facio: g̃ nō oꝑꝫ exprimere vbo.

P. Unius ſacri vnus eſt actus. g̃ male exprimit in forma duplex actus. R⁹ Quia forma dat eē rei ꝛ poſſe. g̃ neceſſario in forma tangit totū eſſe ꝛ poſſe ſacri. tangit g̃ pmo finis ad quē eſt ↄfirmatio. ſ. ad audacē ↄfeſſiōꝫ fidei maxime q̄ ad articulū erubeſcibiliū. ſ. paſſionē. cū dicit ↄſigno te ſigno crucis. Scđo actus ſpi⁹ ſacri cōfirmo te. Tertio eius materia criſmate ſalutis. Quarto vt⁹ ſctificatōis in no. pa. ꝛc. Ad pmū de mutatōe vboꝝ. dōm. ꝙ quedā ſunt de ſba forme in quibꝫ nō dꝫ fieri variatio. quedā de bñ eſſe in quibꝫ nō nocet variatio maxime cū eadē res ſignant p id ꝙ dicit ſalutis ꝛ ſctificatōnis. Ad ſcḋm xps nullā formā tradidit dōm. ꝙ ſcḋm q̄ſdā apli ↄfirmabāt ſine materia ꝛ forma p ſolā manuum impoſitōꝫ. Sed ↄ hoc eſt ꝙ ipi ptātem excellētie in ſacris nō habebāt. ꝛ ideo ſcḋm alios dōm ꝙ apli aliq̄ forma vtebant eis a xpo tradita ꝗuis nō ſit ſcripta. nō em̄ oēm ritū quē in ſacris exercebāt ſcripſerūt. ſꝫ mlta vbo ten⁹ tradiderūt. Uñ. pmo Coꝛ. xi. Cetera cū venero diſponā. ꝛ dyoni. dicit i fine celeſtis ierarchie ↄſūmatas aūt inuocatiōes vba quibꝫ pficiunt ſacra nō eſt p iuſtū ſcripturas interꝑtantibꝫ neqꝫ myſticū earuꝫ. aut in ipis opatiuas ex deo vtutes ex occlto adducere ad cōmune nec nr̄a ſacra traditō hꝫ ſiue ꝓpie. i. occlte eadē edocēs ꝛc. Ad tertiū in noīe trinitatis. dōm ꝙ nō eſt ſola ſctificās. ſed pdicta forma. vl' dōm ſcḋm aliq̄s in forma illa ñ em̄ pōit qđ ptinet ad eē ſacri. ſꝫ qđ ptinet ad poſſe ſiue ad efficiendū ſiue ad deſignandū ptineat. Ad q̄rtum ſufficit ſignare facio. dōm ꝙ ſi ſufficiat ad effectuꝫ nō tñ ad euidentiā effect⁹ q̄ pcipue reqrit in ſacris eo ꝙ ſignādo cauſant. Ad quintū vni⁹ forme ꝛc. dōm ꝙ duo actus ordinati. ſꝫ nō oīno diuerſi bñ pñt eſſe vni⁹ forme. ↄfirmatio vo fidei in corde ꝛ ↄfirmatio in ſigno ſiue in ore actus ſunt ordinati.

D quartū ſic pcedit ꝛ videt ꝙ gr̃a gratū faciens in ↄfirmatōe nō ↄferat. ↄfirmatio em̄ eſt remediū ↄ penā. ſ. puſillanimitatis nō ↄ culpam. gr̃a vo ordinat ↄ culpā nō ↄ penā. g̃ ↄfeſſio nō confert gr̃am. P. Ad hoc qđ pōt fieri cuꝫ pctō mortali nō debet dari gr̃a gratū faciēs. ſed audax ↄfeſſio fidei et noīs xpi pt fieri cum pctō mortali. g̃ ad hoc in ↄfirmatōe nō debet dari gr̃a. P. Gr̃a gratū faciēs eſt illa q̄ recōciliat hō deo. ſꝫ ↄfirmatio eſt ſacrm recōciliabiliſſimū qꝛ ñ dat pctōri ꝛc. Cō. Sacrm no. le. ē ſignū ꝛ cā gr̃e gr̃a. faciētis. g̃ dat gr̃am. P. Dicit rabanus ꝙ p impoſitionē manus ſumi pontificis dat paclitus ſed nō dat niſi in gr̃a grō. faciēte. g̃ in ↄfirmatōe cōfert gr̃a. Juxta hec querit. vtrū copioſi⁹ minus gr̃e ↄferat in ↄfirmatōe q̄ȝ in baptiſmo. R⁹ Sacra q̄ imprimūt caracterē cā ſunt gr̃e p impſſionē eius. qꝛ caracter q̄ȝtū eſt de ſe eſt ſufficiēs diſpoſitō ad gr̃am. ↄfirmatio aūt impmit caracterē qꝛ mancipat hoiem ad aliqđ ſacrm. ſ. ad ↄſtantē ↄfeſſionē fidei. ideo ↄfert gr̃am. Ad primū ↄfirmatio eſt remediū ↄ penā. dōm ꝙ duplex eſt pena: quedā q̄ eſt effect⁹ culpe tm̄ vt pena corpalis. q̄dā q̄ eſt etiā cā vt pena ſpūalis. Cōtra hanc oꝑꝫ dari gr̃aꝫ ſicut ↄ culpā. qꝛ p idem hꝫ ſanari morbi ēētia ꝛ cauſa.

Ad ſcōm de pctō mortali dōm ꝙ ꝗuis poſſit audax fieri ↄfeſſio in pctō nō tñ bene ꝛ meritorie. Ad tertiū ꝙ gr̃a gratū faciēs recōciliet. dōm ꝙ h eſt p accidēs inq̄ȝtū in recōciliato inuenit pctm̄. Ad ſcḋam q̄ſtionē dōm ꝙ gr̃a ↄfirmatōis pſuppōnit baptiſmalē. ſic bñ eē pſupponit eſſe. Si g̃ queratur vtrū gr̃e ↄfirmatōnis cū ea quā pſuppōit ſit maior. ↄſtat ꝙ ſic ſic gr̃a aucta q̄ȝ abſoluta. Si aūt cōpatō eius fiat pciſe qđ addit in ſacro cōfirmatiōis ad illud qđ dat in ſacro baptiſmi. ↄſtat ꝙ id qđ dat in ſacro baptiſmi eſt maioris efficiētie. qꝛ viuificare mortuū eſt maioris potētie q̄ȝ viuū roborare. ideo q̄ȝtum ad effectū eſt maior gr̃a baptiſmalis ꝗuis q̄ȝtū ad eſſentiā poſſit econuerſo.

D quintũ ſic ꝓceditur ⁊ videt᷑ ꝙ ſimplex ſacerdos poſſit ↄfirmare. q꞉ qui põt q̃d maius eſt põt qđ minus eſt ſed maius eſt corp⁹ xp̃i ↄſecrare q̃ꝫ criſmare. ḡ cũ ſacdos ſimplex poſſit primũ m̃lto forti⁹ ſcđm. P. Si ſolus ep̃s põt criſmare. aut ergo rõe or dinis aut rõ iuriſdictiõis. nõ primũ. q꞉ nullus maior ordo. ſacerdotio nõ ꝓpter ſcđm. q꞉ ſic electus nõ ↄfirmatus poſſet criſmare. P. Uidetur qđlibet poſſet criſmare. baptiſmũ em̃ qui eſt marie efficatie põt quilibet dare ſine ⁊ ſine pctõ ĩ neccitate ⁊ ſine neccitate ſi facit facrũ eſt. ḡ multo mag̃ h̃ ſacrm̃. Con. in lr̃a d꞉ qđ p̃ ſacramentũ a ſolis pontificib꞉ datur. P. Solis ap̃lis in p̃mitiua eccl̃ia licitũ erat ↄfirmare vñ ⁊ philip. dyacon⁹ nõ ↄfirmauit a ſe baptizatos ſꝫ ad ap̃los ↄfirmandũ venerũt Act. viij. ḡ nõ lꝫ ↄfirmare niſi ſucceſſorib꞉ ap̃loꝝ .i. ep̃is. Juxta hec queritur an de mãdato pape poſſit ſimplex ſacerdos ↄfirmare. R. Sicut in opib꞉ artificialib꞉ opa iferiora fiũt p artifices inferiores ſupiora p ſupiores ita in opib꞉ ſacralib꞉ opa que nõ ponũt excellentiã vltra ſtatũ cõicꝫ cõpetũt miniſtris minorib꞉ .i. p̃ſbiteris. opa ṽo que ponũt pfectionẽ vel excellentiã reſeruantur miniſtris ſupiorib꞉ .i. pontificib꞉ talia ṽo ſũt p̃cipue ↄfirmatio ⁊ ordo q̃ diſtinguunt fideles in ſtatu et iõ reſuantur pontificib꞉. Alia ṽo nõ ſic diſtinguũt ſed vnũ qđqꝫ in ſtatu ſuo pficitur. iõ reſeruantur miniſtris inferiorib꞉ .ſ. p̃ſbiteris. Ad id qđ q̃ põt maius r̃ñ dđm ꝙ verũ eſt qñ maius includit minus ſed ſic nõ eſt in ꝓpoſito criſmatio em̃ nõ includit᷑ in euchariſtie ↄſectõem. Ad ſcđm aũt rõ ordinis ⁊c̃. dđm qđ rõe neutri diuiſim ſꝫ rõe vtriuſqꝫ ↄiunctim. Ad tertiũ de baptiſmo dđm qđ nõ eſt ſil̃e q꞉ baptiſm⁹ eſt ſacrm̃ neceſſitatis nõ ſic criſmatio. Ad ſcđam queſtionẽ dđm. qđ de hoc ſunt tres opiniones. quidã em̃ dicũt ꝙ p̃ſbiter ſimplex nõ poſſit ex mandato pape ↄfirmare ⁊ dictum gregorij in lr̃a exponit nõ ꝙ p̃ſbiteri illi ſacrm̃ ↄfirmatõis ſed aliqđ ſacrale ſil̃e ſacro ↄferrent. ſed hoc nõ videtur ↄueniens vt talẽ ſimulationẽ induxiſſet Greg. q꞉ diſpenſatio ſacroꝝ ptinet ad ṽitatẽ doctrine que nõ eſt ꝓpter ſcandalũ dimittẽda. ⁊ pterea ſimplex ſacerdos ex auctoritate pape cõfert minores ordĩes q̃ plus eſt q̃ꝫ ↄfirmatio. Et iõ alij dicunt qđ papa põt cõmittere cuilibet vt ↄferat ſacrm̃ qđ accepit nõ alterũ vt dyaconus dyaconatũ nõ p̃ſbiteratũ. Sed q꞉ alijs videt᷑ ꝙ opinio iſta ſit nimis ampla. iõ mediã viam tenent. dicũt em̃ ꝙ papa põt ſimplici ſacerdoti q̃ habet actũ ſup corp⁹ xp̃i verũ cõmittere oẽs opatões que ordinant᷑ ad corpus myſticũ. nõ aũt alijs qui ptãtem nõ habẽt ↄſecrãdi corpus xp̃i ⁊ iõ ſacerdoti nõ dyacono põt cõmunicari collatio minoꝝ ordinũ. ⁊ ↄfirmatio. nõ aũt collatio ſacrorum ordinũ qui habẽt actus ſup corpus xp̃i verũ vl̃ ei⁹ materiã ⁊ nõ ſolũ ſup corpus myſticũ. ⁊ h̃ ideo q꞉ a corpore ṽo xp̃i deriuant᷑ oĩa que in corpe xp̃i myſtico agũt᷑.

DI. VIII

Oſt ſacramentũ baptiſmi ⁊c̃. Hic querunt᷑ quiqꝫ. Primo vtrum euchariſtia ſit ſacrm̃. Secundo vtrũ ſumi poſſit poſt alios cibos. Tertio de forma ↄſecratõis corpis. Quarto de forma ↄſecratõis ſanguinis. Quĩto de ṽtute vtriuſqꝫ.

D primũ ſic ꝓcedit᷑ ⁊ videt᷑ qđ euchariſtia nõ ſit ſacrm̃ ño. lc. Sacrm̃ no. lc. efficit qđ figurat ſed ſpecies exterior nõ efficit corpus xp̃i verũ. ḡ nõ eſt eius ſacramentũ. P. Sacrm̃ debet eſſe ſignũ viſibile. ſed corpus xp̃i ſub ſpeciebꝫ nõ eſt viſibile. ergo nõ eſt ſacrm̃. P. Res ſacri eſt eius effectus. ſed corpus myſticũ nõ eſt effectus euchariſtie. ergo nõ eſt ſacrm̃. Con. greg. p̃ſta inquit vt hoc tuũ ſacrm̃ nõ ſit nobis reatus ad penam. P. Omnis actio p miniſtros eccl̃ie diſpenſata in qua ex ope opato gr̃a ↄfertur eſt ſacrm̃. Sed euchariſtia eſt huiuſ. ergo eſt ſacrm̃. R⁰. Euchariſtia eſt ſacramentũ ⁊ nõ em̃ ũi alius ſacris .ſ. ſignificãdo ⁊ creando ſanctitatẽ ⁊ mõ ſpeciali .ſ. ↄtinendo totius ſanctitatis auctorẽ ꝓpter qđ excellentiſſimũ eſt omniũ ſacroꝝ. Ad .j. nõ efficit qđ figurat. dđm ꝙ q̃uis illud ſimpliciter nõ efficiat tñ facit illud eſſe in loco iſto ṽtute ṽboꝝ adiũcta. Ad ſcđm de viſibilitate dđm qđ oẽ ſacrm̃ eſt viſibile. ẜm aliquã ſui ptem .ſ. ẜm id qđ eſt ſacrm̃ tm̃ ſed nõ ẜm omnẽ .ſ. ẜm id qđ eſt ſacrm̃ ⁊ res. ſicut eſt corpus xp̃i in ſacro euchariſtie. nec ẜm id qđ ẽ res tm̃ ſicut eſt gr̃a in quolibet ſacro. Ad tertiũ dđm qđ ẜm id ꝙ eſt materialr̃ ↄſideratũ nõ ẽ ſt effectus ſacri .ſ. ipe pſone fideliũ ſed inq̃ꝫtũ vnitũ eſt .ſ. formalr̃ .i. eius vnio que ẽ p fidẽ ⁊ charitatẽ eſt effect⁹ eius.

D ſecundũ ſic ꝓcedit᷑ ⁊ videt᷑ qđ hoc ſacrm̃ a nõ ieiunis licite ſumi poſſit. j. ad Cor. xj. Cum cõuenitis ad manducandũ inuicẽ expectate. ſiqs ãt eſurit domi mãducet ergo poſtq̃ꝫ domi mãducauit lꝫ cõicare q꞉ de mãducatõe ſacrali ibi loqt᷑. P. Ap̃li manducauerũt poſt cenã corpus xp̃i vtpꝫ Mat. xxvj ergo videt᷑ qđ ſil̃iter eoꝝ exemplo fieri poſſit. P. De ↄſe. di. j. dicit᷑ ꝙ ſacrm̃ altaris nõ niſi a ieiunis hoĩbus celebret᷑ excepto vno die vniuerſario quo cena dñi celebrat᷑. ergo tunc lꝫ poſt cenã ſumere euchariſtiã. Contra de ↄſe. di. ij. dicit᷑ placuit. ſſ. vt in honore tanti ſacri prius in os xp̃iani dñicũ corpus q̃ꝫ alius cib꞉ intraret. P. Hoc ſacrm̃ cum maxima ſobrietate. ⁊ reuerentia et deuotõe eſt ſumendũ. nõ eſt aũt tanta reuerẽtia ſobrietas ⁊ deuotio poſt cibũ. ergo debet ſumi ante cibũ.

R⁰. Hoc ſacrm̃ tm̃ a ieiunis pcipi debet in reuerẽtiã em̃ tanti ſacri ꝓpter tria pcipue hoc eſt inſtitutũ. Primo ꝓpter ipam ſanctitatẽ ſacri vt os xp̃iani quo ſumendũ eſt nõ ſit alio cibo pus imbutũ ſed purũ. Scđo ꝓpt̃ deuotionẽ ⁊ attentionẽ que exigit᷑ ex pte recipiẽtis que ex ſumptis cibis impediri poſſunt. Tertio ꝓpter piculũ vomit⁹ ꝓpt̃ neceſſitatẽ tñ iminentis mortis piculo ne cõtingat ſine viatico ex hac vita trãſire põt poſt cõmeſtionẽ ſumi. Ad .j. dđm de ap̃lo. qđ ap̃ls nõ intendit ꝙ fideles poſt cibos ſumptos domi in eccl̃ia corpus xp̃i ſumant. Sed illos redarguit q̃ hec cibũ volebãt aliquibus cõmiſcere quos in eccl̃ia ſumebãt. Ad .ij. dđm de ap̃lis qđ nõ eſt ſil̃e. nõ tm̃ idem tp̃s ↄuenit iſti cui ſacramenti ⁊ vſui. q꞉ alia eſt ↄditio rei in ſuo fieri ⁊ in ſuo facto eſſe. xp̃s em̃ triplici rõne voluit hoc ſacrm̃ in cena miniſtrare. Una ꝓpter corpalis p̃ñtie abſtractionẽ. Secundo ꝓpter veteris ſacrificij terminationẽ .ſ. agni paſcalis in paſſione ſumẽdi. Tertio ꝓpter paſſionis rep̃ñtatõeꝫ iminente em̃ paſſione inſtitui debebat ſacramentum paſſionis rep̃ñtatiuũ vt magis cordib꞉ diſcipuloꝝ infigeret᷑. Ad .iij. dđm de ↄſuetudine. ꝙ q̃uis ↄſuetudo illa aliquo tp̃e obſuata fuerit tñ nunc rõnabilior cõſuetudo ↄtria illã abrogauit.

D tertiũ ſic ꝓcedit᷑ ⁊ videt᷑ ꝙ hec non ſit forma ↄſecratõis panis. hoc ẽ corpus meũ. Sacra .n. habent efficatiã ex inſtitutõe diuina ſed de⁹ inſtituens hoc ſacrm̃ nõ ↄſecrauit hijs ṽbis. ſed poſt conſecrationẽ hec ṽba ptulit vt dicit᷑ Mat. xxvj. Cenantibus illis accepit ieſus panẽ bñdixit ⁊ fregit deditqꝫ diſcipulis ſuis ⁊ ait. Accipite ex hoc oẽs. ergo in p̃dictis ṽbis nõ ↄſiſtit forma ↄſecratõis panis. P. Hoc ꝓnomen hic demonſtratiuũ eſt. ergo hoc demonſtrat corp⁹

xp̄i aut aliud. ſi corpus ergo ab initio ꝓlatōis eſt ibi corpus ḡ iam facta eſt ↄſecratio qđ eſt falſuꝫ. ſi aliud ḡ locutio eſt falſa ḡ ſmo veritatis falſus eſt qđ nō eſt poſſibile.

P. Hec ↄiūctio enī a nullo euāgeliſtaꝝ ponit. nec v̄ba p̄cedētia eleuatis in celū oculis. ḡ nō debuit poni cum ſubſtancialibꝫ. P. Signacū debet rn̄dere ſigno. ḡ cū caro ſit homogenea ſicut panis nō aūt corp⁹ meli⁹ debuit dici caro mea q̄ꝫ corp⁹ meū. P. Videt q̄ accipite et manducate ex h̄ oms. ſit de forma Amb. dicit in lr̄a. cōſecratio quibꝫ fit v̄bis attende v̄ba accipite ꝛ edite ex h̄ oms. hoc eſt corp⁹ meū. ḡ hec om̄ia ſunt de ſb̄a forme.

R⁹. dōm q̄ ſacr̄a ſignādo cauſant. vn̄ oportet qđ in forma cuiuſliber ſacri effect⁹ ſacri exprimat. Sacr̄m enim euchariſtie ab alijs differt in duobꝫ. Primo in hoc qđ alia ſacr̄a pficiunt in vſu nō in ↄſecratōne materie hoc aūt ſacr̄m in ip̄a materie ↄſecratiōe ꝛ nō in vſu. q꞉ eius materia cōtinet rem viuentē. ſ. xp̄m. Secundo q̄ꝫtum ad h̄. q̄ in hoc ſacro nullū exteriorē actū habet miniſter p̄ter ꝓlationē v̄bi. ſicut habet in baptiſmo. ꝛ iō forma hui⁹ ſacri differt ab alijs dupl'r. Primo q̄ꝫtū ad hoc qđ nō ↄtinet vſum ſacri. ſed ſolā materie ſeritatem que eſt tranſubſtātio. Scđo qđ v̄ba pferūt nō ex pſona miniſtri. ſicut in alijs. ſed ex pſona xp̄i. ꝛ ex hoc ſequit tertia differētia qđ q꞉ xp̄s ꝓpria v̄tute in ſacro agebat vtpote habens diuinitatē in ſe quare nō fit in hac forma inuocatio trinitatis ꝛ ex iſtis ſeq̄tur quarta qđ. ſ. exp̄mitur p v̄buꝫ ſubſtantiuū alia v̄o p v̄ba optatiua. q꞉ in alijs oportuit ſignificari actū miniſtri hic aūt ſolū vltimū effectū ſacri. Ad primū poſt ↄſecrationē v̄ba ꝓtulit dicendū. q̄ circa hoc q̄tuor ſunt opiniones vna eſt qđ dominus p ſe ſine v̄bo ↄfecit ꝛ poſt ſuā ↄfectionē nobis ſuā formā ↄficiendi dedit ꝛ hanc opinionē tangit inno. tertius inq̄ens ſane dici pōt q̄ xp̄s v̄tute diuina cōfecit et poſtea formā expreſſit ſub q̄ poſteri b̄ndicerēt. Sed ↄtra mat. xxvj. dicit. qđ b̄ndixit. b̄ndictio v̄o aliquibꝫ v̄bis fit. Inno. v̄o nō diffinit ſed opinionē tangit. Alij dixerūt qđ v̄bis alijs ↄſecrauit. Sed hoc nō videt ↄueniens q꞉ ſm hoc tum forma diuſa diuerſificet eſſe rei. etiā alid ſacr̄m fuit ſuū q̄ꝫ ſit nr̄m. Alij dicūt q̄ bis v̄ba illa ꝓtulit. primo tacite ↄſecrādo poſtea apte formā cōſecrandi dando. Sed ↄ̄ hoc eſt q꞉ ſupfluuꝫ eſt iteraci. qđ eque bn̄ p vnū actū pōt fieri. Alij dicit verius qđ illis v̄bis tm̄ ſemel dictis ↄſecrauit dn̄s ꝛ nobis formaꝫ ↄſecrādi dedit. Vn̄ ſm eos hoc pticipiū dicēs. importat cōicātia reſpectu triū actuū vt ſit ſenſus b̄ndictiōis hoc eſt ꝛc̄. b̄ndixit fregit et dedit. et ſic nō prius b̄ndixit ſeu ↄſecrauit q̄ꝫ dixit. hoc eſt corp⁹ meū. Ad. ij. de demonſtratione ꝓnoīs dōm q̄ circa hoc diuerſe ſunt opiniones. Nam quidā dixerūt qđ ꝓnomē illud nullā demonſtrationē facit. q꞉ accipit materialr̄ nō ſignificatiue ſicut verbū in pſona alteri⁹ recitatū nō p ſe ꝓnūciatum. Sꝫ ↄ̄ q꞉ ſic v̄ba nō accedūt ad elem̄tū. ḡ nō fieret ſacr̄m. Itē q꞉ xp̄s ꝓtulit ea ſignificatiue. Alij dicūt q̄ ſit ibi demonſtratio nō ad ſenſuꝫ ſed ad intellectū vt ſit ſenſus ſignificatū p hoc eſt corp⁹ meū. Sed ↄ̄ ꝓpoſitio hec ſine tranſſubſtātiatōe pōt eſſe vera. ſicut cū dicitur petra erat xp̄s. j. Cor. x. Ergo p hanc formā nō ſignificat. ꝛ p ↄn̄s nō fit tranſſubſtāciatio panis in corp⁹ verū. Alij dicūt ꝛ verius q̄ ſit ibi demōſtratio quaſi ad ſubiectū vt cum dicit oſtenſo corpe nigro hoc ſit albū et ſm hoc talis ſenſus hoc eſt corpus meuꝫ. i. ſub hac ſpecie eſt ↄtentū. vn̄ glo. q̄ ſub hac ſpecie videt eſſe corpus meū ſicut viſo angelo apparente in hūana ſpecie dicitur hic eſt angel⁹. hoc aūt qđ ↄtinet ſub ſpeciebꝫ in p̄ncipio eſt ſb̄a panis: ſed in fine ꝓlatōis ſb̄a corpis xp̄i ꝛ ſic q̄n finit ſignificatio ꝓpoſitōis inuenit i ea veritas. Ad. iij de hac ↄiūctōe enī. dōm q̄ nō eſt de ſb̄a forme. ſed apponitur ad denotandū ordinē ↄſecratiōis ad vſum materie ↄſecrate. q̄ vſus nō eſt de neceſſitate ſacri. vn̄ nec ipſa ↄiunctio. verūm̄ ſcienter obmitti nō debet. cū vſus antiquus eccl'ie hoc habeat. Ad. iiij. Caro eſt homogenea dōm. q̄ q̄ꝫuis ſit homogenea caro m̄ q꞉ nō tm̄ caro ſed totū corp⁹ ↄtinet ibi. iō potius dixit corp⁹ q̄ꝫ caro. ꝓpter ſilitudinē etiā ad corp⁹ myſticū qđ eſt ex diuerſis ſicut corp⁹ et carne ꝛ oſſibꝫ. Ad. v. q̄ obicit de his v̄bis accipite ꝛ mādu cate ꝛc̄. dōm q̄ hec v̄ba ptinent ad vſuꝫ materie ↄſecrate qui nō eſt de ſb̄a ſacri niſi ad eius cōſecratōꝫ. iō nō ſunt de eſſencia forme ſacri nec Amb. intelligit q̄ p hec v̄ba fiat ↄſecratio. ſed p ea que ſubiūgunt. ſcꝫ hoc eſt corp⁹ meū.

Irca quartū ſic ꝓcedit: forma ↄſecratōis ſanguinis hec eſt. hic eſt enī calix ſanguinis mei noui et eterni te. myſteriū fidei. q̄ p vobis ꝛ p mltis effundet in remiſſionē pctōꝝ. ꝛ videt q̄ ſit incōuenīēs. q꞉ forme ſacroꝝ ſunt auctoritate diuina inſtitute. Sꝫ talis forma a deo inſtituta nō inuenit cū in ſcriptura ſacra non tradat. ḡ ꝛc̄. P. Nihil debꝫ poni in forma niſi qđ ſpectat ad formā ſacri. Ergo calix cū ſit qđdā vas ↄtentiuū ſanguis. nō eſt de integritate ſacri P. Si dicat q̄ calix methaphor. ſumit p potu vel paſſiōe. ↄ̄ methaphorice locutōes diſtrahūt itellectū cū ḡ nō debeat diſtrahi intellect⁹ ↄſecrācis. ḡ forma ↄſecratōis nō d̄bet eē methaphorica P. Si trāſſūp. ſūat ꝓ ↄtēto potu. tūc eſt ſenſus. Hic eſt pot⁹ ſanguis mei. ſed in ↄſecratōe corpis nihil tangit de cibo. ḡ nec deberet hic tangi aliq̄d de potu

P. Dicit noui ꝛ eterni teſtamēti. ↄ̄ ſi eſt nouū non eſt eternū. ḡ eſt oppoſitio in adiecto P. Dicit myſteriū fidei. ↄ̄ ſicut in hoc ſacro myſteriū fidei ſic ꝛ in alijs rebꝫ ſed in alijs nō tangit. ḡ nec in iſto tangi debꝫ. P. Sicut ſanguis effuſus eſt ꝓ oībꝫ q̄ꝫtū ad ſufficientiā. ſic et corp⁹ traditū ſed hoc nō tangit de ↄſecratōe corpis. ergo ꝛc̄. P. Querit quare dicit ꝓ vobis ꝛ ꝓ multis. cū q̄ꝫtū ad ſufficientiā ꝓ oībꝫ ſit traditū q̄ꝫtū aūt ad efficientiā vt ꝓ oībꝫ traditū lꝫ ꝓ ſolis electis. ↄiunctio autē copulat diuerſa ḡ nō debet dici ꝓ vobis ꝛ ꝓ mltiſ. R⁹. dōm q̄ circa formā p̄dictā eſt duplex oppinio. Quidam enī dicūt qđ nō oīa v̄ba p̄dicta ſunt de ſb̄a forme. ſꝫ ſolum hoc qđ dicit Hic eſt calix ſanguinis mei Sꝫ q꞉ cōditōes appoſite ad ſubiectū vel p̄dicatū ſunt de integritate locutōis. Iō alij dicūt q̄ oīa ſunt de forma. Apponunt aūt p̄dicte ↄditōes ſm eos in forma ſanguis ꝛ nō in forma corpis. q꞉ p ↄſecratōꝫ ſanguinis expſſe paſſio xp̄i figurat p quā ſanguis a corpe ſepat⁹ fuit. ꝛ iō in forma ſanguinis tangunt paſſionis ↄditōnes. ſm q̄ opat in ſacris. tangit nanq̄ꝫ eius effect⁹ q̄ eſt remiſſio pctōꝝ in hoc qđ dicit. q̄ ꝓ vobis ꝛc̄. fides p quā paſſio xp̄i i nobis efficatiā habꝫ in hoc qđ dicit myſteriū fidei. qđ pōt referri ad paſſionē que latebat in figuris ve. le. ꝛ ad ſanguinē q̄ latet ſub ſpeciebꝫ. tangit ꝛ finis q̄ eſt pceptio eterne hereditat'. in hoc qđ dicit no. ꝛ eter. teſt. tangunt autem ordine intentōnis q̄ finis eſt prior. Ad. j. ḡ dōm q̄ forma p̄dicta a xp̄o inſtituta eſt. hanc enī eccl̄ia romana a beato petro accepit. euangeliſte v̄o intenderūt narrare facta xp̄i nō formā ſacroꝝ. q̄ꝫuis oīa p̄dicta verba ex diuerſis locis ſcripture colligi pn̄t. Ad. ij. Calix nō ſpectat ad eſſenciā forme dicēdā qđ in forma ſignificat ſanguis vt effuſus in p̄ciū redemptōis. ꝛ datus in potū hoc aūt ſignificat p calicē ſanguinis. q꞉ calix ſignificat paſſionē mat. xx. poteſtis bibē calicē ꝛc̄. ꝛ ſāguis ſignificat potationē. iō in forma ponit Ad. iij. Metaphorice locutōes diſtrahūt intellectū dōm. q̄ ſic. eē debet ſirm⁹ intellect⁹ ↄſecrantis vt nō qualibet v̄boꝝ rep̄ſentatōe

euagel. Ad quartū in forma corꝑis nihil tangit̄ de cibo dōm ꝙ nō eſt ſil'e q꞉ corp⁹ de ſe cib⁹ eſt ſ꞉ nō ſanguis niſi ꝑut eſt effuſus pōt eſſe potus. Ad.v. ꝙ ibi eſt oppoſitio in adiecto dōm ꝙ non dicit̄ eternū q꞉ careat ꝑncipio q꞉ ſic eſſet oppoſitio in adiecto ſed q꞉ caret fine.

Ad.vj. dōm ꝙ hoc ꝑcipue hic tāgit̄ q꞉ vſus fidei maxime neceſſari⁹ eſt in hoc ſacr̄o cu꞉ ſint oīa contra ſenſum ⁊ ſuꝑ intellectū. ſed nō equaliter in alijs ſacramentis. Ad.vij. de forma corꝑis nō.po. dōm ꝙ nō eſt ſimile q꞉ effuſio ſanguinis dicit cauſa꞉ immediatā mortis. non ſic corꝑis traditio. Ad.viij. dōm ꝙ ponit̄ in forma ꝓ multis ne putet̄ ꝓ iudeis tm̄ electis quib⁹ promiſſio facta fuerat effuſio ſanguinis facta eſſe ꝗtu꞉ ad efficatiā. iō dicit̄ ꝓ multis. i. iudeis vel multis tunc eſt gentib⁹ vel ꝓ vobis miniſtris. i. ſacerdotib⁹ ⁊ multis. i. alijs ꝓ quib⁹ miniſtris eſt orandū.

D quintū ſic ꝓcedit̄. ⁊ videt̄ ꝙ vbis p̄dictis non inſit aliqua vis creata ad trāſſubſtantiationē faciendā faciens eñ ⁊ factū debent eſſe ſil' ḡ verbū nō illis factiuū. P. Si virtus eſt in vbo aut ḡ ſucceſſiua aut ſimul ſi ſucceſſiua ḡ ſucceſſiue opat̄ ſi ſimpliciter ḡ nō pōt eſſe in ſucceſſionē hoꝝ ḡ vtrun꞉ eſt falſum P. Si habet vtutē aut qn̄ eſt aut qn̄ nō eſt. ſi qn̄ eſt ergo in ſucceſſiōe ſi qn̄ nō eſt. ḡ nō agit P. Si datur virtus illa aut toti orōi aut alicui pti ita ꝙ nō toti. aut toti ⁊ ptib⁹. ſi primo mō ḡ cum totū ſit ſucceſſiuū ſucceſſiua eſt ſi pti alicui ḡ illa ſola ad ſacr̄m opatur. ſi vtri꞉ ergo ſucceſſiue opatur ſicut ps habet eſſe poſt ptem.

P. Uerba illa nō habent vim vbi prolata a ſacerdote ſed anima ſacerdotis magis eſt capax diuine vtutis q꞉ vba ḡ magis debet eſſe virtus illa in ſacerdote q꞉ in vbis. Contra Amb. dicit ꝙ ſermo xp̄i creaturā mutat ⁊ ſic exponẽ fit corp⁹ xp̄i ꝯſecratōe celeſtis vbi habet ergo verbū xp̄i vtutē in tranſmutatōe. P. Greg. niſſenus ait. inuiſibilis ſacerdos inuiſibiles ſbas in corpus ſuū ⁊ ſanguinē vbi ſui ſecreta ptāte cōmutat ḡ ⁊c.

R⁹. Circa hoc eſt duplex opinio. Quidā eñ dicunt qđ nulla virtus creata ineſt vbis qua fiat tranſſubſtātio ſed tm̄ diuina inſtitutōe formatū eſt vt ad ꝓlationē horum verboꝝ ꝯuerſio p̄dicta fiat vtute diuina. Simil'r dicunt in oīb⁹ alijs ſacr̄is. Alij aūt verius dicūt ꝙ in alijs formis ſacroꝝ ineſt aliqua virtus a deo. ſed hec virtus nō eſt qualitas habens eſſe cōpletū in natura. qualis eſt virtus in natura principalis agentis ſm formam ſuā ſed in cōpletū ſicut virtus que eſt inſtrumentum principalis agētis ⁊ ſicut ſilitudines coloꝝ in aere et q꞉ forma efficit ſignādo iō cōpleta ſignatōe i fine orationis. i. in eius termino infundit̄ ei vtus efficiēdi que ꝑficit trāſmutationē in inſtanti. Ad primū dōm de faciente ⁊ facto ꝙ verbū in q̄ꝫtū faciēs. i. ſm ſui cōplementum ſimul eſt cum facto ptes eñ p̄cedentes orōnis nō ſunt niſi ſicut materialis diſpoſitio ad cōplementū ei⁹ vltima vo agit in vtute p̄cedētiū ſicut vltima gutta cauans lapidē vtute guttarū p̄cedentiū. Ad.ij. autē eſt virtus ſucceſſiua dōm ꝙ ſimplex eſt ⁊ tn̄ eſt in ſucceſſiuo non ſm ꝙ eſt ſucceſſiuū ſed in ei⁹ termino oratio eñ q̄ꝫuis ſm voces ſit ſucceſſiua tn̄ ſm ſui ſignationē ſimplex eſt ⁊ illa in vltimo cōplemento orationis ꝑficit̄. vñ tunc virtus datur. Ad.iij. aūt qn̄ eſt dōm ꝙ datur qn̄ eſt in ſui ſignatiōe cōpleta ⁊ hoc eſt in ſui termino. i. nō ſimpliciter ſed ſm quid. Ad.iiij. aūt toti dōm ꝙ toti datur ꝓprie nō pti q꞉ dat̄ vltime pti aut cōplemēto non ſm ſe ſed ſm ordinē ad p̄cedentia. i. nō ſm id ꝙ eſt ſ꞉ in q̄ꝫtū termin⁹. Ad.v. dōm ꝙ qn̄ aliqđ opus pluribꝫ inſtrumētis ꝑficit̄ in quolibet illoꝝ eſt virtus aliqua licꝫ imꝑfecte. vñ in ſacerdote ⁊ in vbo eſt virtus ſicut i manu ⁊ calamo. ſed q꞉ ſacerdos ꝓpinquior eſt p̄ncipali agēti. iō virtus eius ſimpliciter dignior eſt ⁊ ꝑmanētior et ad plures effectus q꞉ vo verbū ꝓpinquius eſt opi ſm h̄ dignius eſt.

DI IX

T ſicut due ſunt res

⁊c. Hic q̄runt̄ quattuor. Primo de de modis quib⁹ xp̄s manducat̄. Secundo vtrū ſi q̄s accedat ad euchariſtiā cum pctō mortali peccet mortal'r. Tertio ſi q̄s accedit ꝯtritus ſed nō ꝯfeſſus peccet. Quarto ſi aliqđ q꞉ pctm̄ mortale ꝓhiberet ab acceſſu.

D primū ſic ꝓcedit̄ ⁊ videt̄ ꝙ nō ſit niſi vn⁹ modus manducandi xp̄m. nam ſicut ſe habet cib⁹ corꝑalis ad corꝑale manducationē ita ſpūalis ad ſpūalē. ſed cib⁹ corꝑalis non ſumit̄ niſi corꝑal'r ḡ nec ſpūalis niſi ſpiritual'r P. In baptiſmo triplex eſt differentia ſuſcipientiū vt dictū eſt ſuꝑ de quatuor. quidā eñ ſuſcipiūt ſacrm̄ ⁊ rem. quidā ſacr̄m tm̄. quidā rem tm̄ ḡ a ſili triplex eſt mod⁹ ſuſceptōis circa ſacr̄m altaris

P. Infidelis manducat corp⁹ xp̄i nō tn̄ ſpūal'r ne꞉ ſacr̄aliter q꞉ nō refert ſignū ad ſignatū. ḡ modi māducandi inſufficiēter diſtinguunt̄. Contra Aug. diſtinguit hic duplicē modū. ſ. ſpūalē ⁊ ſacr̄alē. P. Manducatio xp̄i refert̄ ad manducationē rei hui⁹ ſacri. ſ꞉ duplex eſt res. ſ. figurata ⁊ ꝯtenta. ſed corp⁹ xp̄i myſticum. ergo duplex mod⁹ manducandi. R⁹. Dōm ꝙ illđ qđ manducat̄ intra manducantē recipit̄. intra nos aūt xp̄s recipit̄ dupl'r. Uno mō ſpūaliter ꝑ fidē ⁊ charitatē ⁊ ſic dicimur xp̄m ſpūaliter manducare nō vt ipſe in nos cōuertat̄ ſicut eſt de cibo corꝑali. ſed q꞉ nos in ipm̄ ꝯuertimur Alio mō xp̄s recipitur in nobis ꝑ ſuū ſacr̄m in q̄ xp̄s totus realiter eſt. ⁊ ſic dicimur xp̄m ſacr̄aliter māducare ⁊ hec ſacr̄alis māducatio ad ſpūalē ordiat̄ ſicut ad effectū ſacr̄alē. effectus aūt ſacroꝝ ꝑceptio eſt ex ſacramentoꝝ deſiderio ⁊ fide eo ꝙ deus ſacr̄is ſuā potentiam nō alligauit et ſil'r ſacr̄a qn̄q꞉ ꝑcipiunt̄ ſine effectu ꝓpter impedimentū qđ eſt in recipiēte. ⁊ iō iſti duo modi manducatōis interdū ſeꝑatim inueniunt̄ ꝓpter h̄ ad inuicē diſtinguunt̄. Ad.j. ḡ dōm. ꝙ ad cibu꞉ corꝑalē nō ordinat̄ aliq̄s alius cib⁹ vt cā ad effectū ſicut ad cibū ſpūalē ordinat̄ ſacr̄alis. ⁊ iō nō eſt ſil'e Ad.ij. de baptiſmo dōm ꝙ ſicut eſt in baptiſmo ita pt̄ eſſe in propoſito. ſ. vt hoc ſacrm̄ ſuſcipiat̄ ſpūaliter tm̄ ⁊ ſacr̄aliter tm̄. ſpūaliter ⁊ ſacr̄aliter ſil'. ſed iſte terti⁹ modus nō differt a duob⁹ primis formal'r ſed tm̄ material'r. i. a pte ſuſcipientis. Ad.iij. dōm ꝙ manducatio eſt actus tranſiens a manducāte in manducatū. Cum ḡ querit̄ an infidelis māducet xp̄m ſacr̄aliter. ꝓpoſitio duplex eſt ſi eñ dicat modū rei manducare. dōm ꝙ ſic q꞉ xp̄s ſumitur ſub ſacr̄o. ſi modū manducātis tunc diſtinguendū eſt. aūt eñ nullā habet intentōe꞉ ſumēdi illud tan꞉ aliqđ ſacr̄m eccl'ie. ⁊ tunc nō ſumit ſacr̄aliter q꞉ ſumit vt rem nō vt ſignū. aut habet q̄ꝫuis nō credat ibi xp̄m eſſe ⁊ tūc ſumit ſacr̄aliter vt hereticus.

D ſcđm ſic ꝓcedit̄. ⁊ videt̄ ꝙ recipiēs corp⁹ xp̄i cū pctō mortali nō peccet mortal'r. ſm Aug. tria ſunt genera bonoꝝ. ſ. minima media ⁊ maxima et dicit qđ in maximis bonis nemo male vtit̄ ſed ſacr̄m corꝑis dn̄i de maximis bonis eſt ḡ eo nemo male vtitur

P. Nullus peccat faciēdo id ad qđ tenet̄ ſ꞉ pctōr tenet̄ in paſca cōicare. ḡ nō peccat cōmunicāda. P. Null⁹ eſt certus an ſit in pctō mortali aut nō. ſi ḡ mortal'r peccat quilibet q̄ accedit in mortali q̄lib꞉ q̄ accedit exponit ſe diſcrimini accedēdo. P. Quicū꞉ dat occaſionem

peccandi peccat. ſi ğ petõꝛ ſumens coꝛpꝰ xp̄i peccat ſacerdos ei etiã exhibens peccat qď non videꝛ. Contra .j. Coꝛ. xj. Qui manducat ꝛ bibit indigne iudiciũ ſibi mãducat ꝛ bibit ſed indigne mãducat qꝛ accedit cum petõ ğ ꝛc. ℗. Jbidẽ diciꝛ pbet ſeipm hõ. ſi ğ nõ pbat peccat omittẽdo. ℞°. dõm ꝙ ſi alicui accedenti ad ſacrã cõmunionẽ dictat cõſcia qď ſit in petõ moꝛtali. peccat moꝛtaliter qꝛ cuilibꝫ ꝯſcia dictat qď immũdus ſacroꝝ ꝑticipatõe indignꝰ eſt. Vñ quicũqꝫ cum ꝯſciẽtia peccati moꝛtalis ad euchariſtiã que eſt ſacruꝫ ſacroꝝ accedit cõtra ꝯſcientiã agit. nec differt ꝗzcũ ad hoc vtrũ habeat certã ꝯſcientiã vl̕ cũ dubitatõe. qꝛ qui dubitat diſcrimini ſe exponit. ſi aũt ſit aliqua leuis cogitatio que dubitationẽ nõ inferat ꝯrijs rõnibꝫ repulſa nõ impedit euchariſtie ꝑceptionẽ. Jmpedit aũt ſi dubitatõnẽ inferat ꝗzcum leuis ſit. Si ꝟo aliqs petm̄ habet qď nõ tenet in ꝯſciẽtia ſi hoc ex culpa ipſius accidit vel ꝓpter ignorantiam iuris vel ꝓpter negligentiã diſcurſiõis ꝓprie ꝯſcientie nõ excuſaꝛ a petõ. ſi ad euchariſtiã accedat. Si vero nõ ex culpa ſua ꝯtingat excuſaꝛ a petõ ꝛ gr̃am ꝯſequitur ꝟtute ſacri niſi alias obicẽ ponat. ſſ. Ad .j. vt di. Aug. dõm ꝙ bonis ſpũalibꝫ de quibꝫ Aug. loquiꝛ nõ ꝯuenit male vti foꝛmaliter. vt habitu eliciẽte vſum ſed materialiter vt materiali obiecto bñ ꝯuenit. Ad .ij. de paſco dõm ꝙ Aug. in eo ꝙ facit ad qď teneꝛ nõ peccat. Sꝫ qꝛ malo mõ facit. vñ in cõicando ꝛ omittẽdo peccat. ſꝫ tñ magis in cõicãdo. qꝛ cõmunicare in petõ malũ eſt de ſe ſed omittere cõmunionẽ malũ eſt ex p̄cepto eccleſie vñ potius debet a cõmuniõe abſtinere ꝗꝫ in peccato communicare nec tñ iõ ꝑplexꝰ eſt qꝛ põt penitere. Ad .iij. nullus eſt certus dõm ꝙ nõ requiriꝛ ad cauendũ ꝑiculum diſcriminis certitudo ſciẽtie. ſed pbabilis ꝯiectu re que p̄t haberi ꝑ ꝗttuoꝛ ſigna ſicut dicit. be. b. Primo cum qs deuote ꝟba dei audit. Scdo cũ quis ſe ꝓmptũ ad bñ oꝑandũ inuenit. Tertio cum qs abſtinẽdi a peccato ꝓpoſitũ habet. Quarto cũ qs de petõ dolet. Ad quartũ dõm ꝙ ꝗ petit a ſacerdote euchariſtiã aut ẽ peccatoꝛ aut ſuſpectus de crimine. Si petõꝛ aut occultus aut manifeſtꝰ. ſi occultꝰ aut ğ petit in occulto. ꝛ tũc nõ debet ei dare. habet eñ exceptionẽ qua ĩ occulto poteſt euꝫ repellere debet etiã eum monere ne petat in publico. Si ꝟo petat in publico nõ debet ei negari. qꝛ quilibet xp̄ianus habet ius in coꝛpe xp̄i eum ꝓ oĩbꝫ ſit traditum. nec habet diſpenſatoꝛ exceptionẽ ꝯ eum quã poſſit ei ĩ publico obijcere. Si ꝟo eſt petõꝛ manifeſtꝰ debꝫ ei tam in publico ꝗꝫ in occulto denegare. Si ꝟo ſit ſuſpectus de crimine tunc diſtinguendũ eſt. qꝛ eſt triplex ſuſpitio. quedã violenta que ꝓ facto reputaꝛ. vt ſi inueniaꝛ ſuſpectꝰ cum ſuſpecta. nudus cũ nuda. ſolus in eodem lecto. ꝛ ꝓpter hanc ſicut ꝓpter petm̄ negãda eſt cõmunio. quedã eſt pbabilis vt ſi inueniatur ſolus cũ ſola loquens tpe ꝛ loco ſuſpecto ꝓpter hanc nõ debet negari. Quedã leuis vt ſi appareãt aliqua ſigna: nõ tñ oĩno certa. nec ꝓpter hanc negari debet. Sed nunꝗd põt ſacerdos p̄bere homi ingerenti ſe ad cõmunicandũ hoſtiã nõ ꝯſecratã dõm ꝙ nõ. qꝛ nulla debet fictio fieri in ſacro ꝟitatis. nec debet dari occaſio idolatrãdi recipiẽti ꝛ inſpiciẽti. cũ oĩs qui ſacraliter ſumit vel inſpicit adoꝛet. Si aũt ſit ſuſpicio vehemẽs ad cuius ꝯriũ probatõ nõ admittiꝛ. qꝛ ſi talis p̄ſumptio ſit ex fama publica debet etiã ei in publico denegari. alias nõ niſi in occulto. ꝓ alijs ꝟo ſuſpitionibꝫ nullo mõ eſt denegandꝫ. ne pena ante culpe noticiã irrogetur.

D tertiũ ſic ꝓcediꝛ. ꝛ videꝛ. ꝙ ſi quis cõtritus ſine ꝯfeſſiõe recipiat coꝛpꝰ xp̄i nõ peccet. ſicut ꝑ ꝯtritõeꝫ recõciliaꝛ qs deo. ita ꝑ ꝯfeſſionẽ et abſolutionẽ eccl̕ie. ſed non debet accedere ad ſacr̃a vſqꝫ quo ſit eccl̕ie reconciliatꝰ. ğ quancũcunqꝫ ſit ꝯtritꝰ niſi ſit ꝯfeſſus nõ debet accedere ad euchariſtiã. ℗. Hu. de ſ. vic. dicit audacter dico ſi ante ſacerdotis abſolutõnem criminoſus ad cõmunionẽ coꝛꝑis xp̄i accedat. ꝓ certo iudicio ſibi manducat ꝛ bibit etiã ſi ante multum peniteat ꝛ vehemẽter doleat ꝛ ingemiſcat. Contra. non teneꝛ quis ꝯfiteri niſi ſemel in anno circa paſcha ſꝫ ante nõ peccat ꝯfeſſionẽ omittẽdo. ğ non ꝓhibeꝛ ab euchariſtie ſũptione. ℗. Aliqñ ſacerdoti qui iaꝫ incho auit celebꝛare occurrit peccatũ moꝛtale. de quo non eſt ꝯfeſſus nec habet cui ꝯfiteaꝛ. ğ teneꝛ dimittere miſſaꝫ et ire ad ꝯfitendũ. hoc autẽ eſt falſuꝫ. ğ ꝛc. ℗. Sacerdos in die feſto dolẽdo de petõ cõmiſſo nõ hñs ſacerdotem ꝑplo expectãte miſſam aut celebꝛare debet aut non ſi nõ ğ ſcandalizat teneꝛ aũt nõ ſcandalizare ğ teneꝛ celebꝛare. Si ſic ğ nõ peccat celebꝛãdo vel ꝑplexus ẽ. ℞°. dõm ꝙ petõꝛ ꝯtritus ante ꝯfeſſionẽ qui vult cõmunicare aut habet copiã ꝯfeſſoꝛis ꝛ tunc peccat ſine ꝯfeſſione cõmunicãdo. qꝛ ad ſacr̃m eccl̕ie requiriꝛ recõciliatõ ſcḋm iudiciũ eccl̕ie. aut nõ habet: aut ğ imminet aliqua neceſſitas celebꝛãdi vel cõmunicãdi. Vel qꝛ timet ſcandalũ ꝓpriũ. vel iam incepit myſteriũ ſacri. vl̕ amiſit loquelã et tunc nõ peccat cũ ꝓpoſito ꝯfitendi qñ poterit. ſed ſi nõ habet hoc ꝓpoſitũ peccat. Ad .j. Nõ debꝫ accedere ſine recõciliatõe. dõm ꝙ verũ eſt ſine articulo neceſſitatis alicuiꝰ ſed in neceſſitate falſum eſt. Ad .ij. de Hu. dõm ꝙ intelligit ſine articulo neceſſitatis. Ad .iij. ꝙ nõ teneꝛ ꝯfiteri niſi ſemel in anno. dõm ꝙ verũ eſt regulariter. ſed cauſaliꝛ põt teneri pluries ex incidẽti. Ad .iiij. de ſacerdote inchoãte miſſã. dõm ꝙ debꝫ ꝑagẽ miſſe myſteriũ cũ ꝓpoſito poſtea qñ citiꝰ occurret oꝑtunitas ꝯfitẽdi. Ad .v. dõm ꝙ ſi ſine ſcãdalo p̄t vitare cõmunionẽ cõmode vel vicariũ ponẽdo: vel aliter ita qď debitis officijs ꝑpl̕s nõ fruſtreꝛ. alioqn cum ſili ꝓpoſito celebꝛare poteſt.

D ꝗrtũ ſic ꝓcediꝛ ꝛ videꝛ ꝙ nõ tãtũ petm̄ moꝛtale ꝓhibꝫ a cõmuniõe pollutio nocturna cũ in ſõnis nõ peccet hõ petm̄ nõ eſt. aut ẽ veniale eſt. ꝛ tñ ꝓpter ipam abſtinẽ debet. ℗. Qui excõmunicatꝰ eſt iniuſte vel ſuſpẽſus vel interdictꝰ ſi ad ſacr̃m accederet peccaret. ğ aliud eſt impedimẽtũ ꝗꝫ petm̄ moꝛtale. ℗. Qui manu lutoſa coꝛpꝰ xp̄i ꝯtrectaret peccaret. ğ impedit etiã ĩmũdicia coꝛpal̕. ℗. Infantil̕ etas coꝛpus xp̄i diuidẽ nõ p̄t qď tñ reqriꝛ ad digne ſumendũ .j. Coꝛ. xi. ergo etas infantil̕ impedit. ℗. Furioſis nõ ẽ h̄ ſacr̃m danduꝫ. ğ infirmitas coꝛꝑalis h̄ ipedit. ℗. Maioꝛ eſt dignitas hꝰ ſacri ꝗꝫ ſacroꝝ ve. le. ſꝫ ad illa ñ admittebaꝛ mulier mẽſtruata. nec mulier puerꝑa nec paciẽs fluxũ ſanguis aut ſemis. ğ nec ad h̄ ſacr̃m ſt̄ admittendi. ℗. Sacerdos lepꝛo. ꝓhibeꝛ a celebꝛatiõe huiꝰ ſacri ꝑ decretal. ğ pari rõe debꝫ laicus lepꝛo. ꝓhiberi a ſũptõe. ꝛ ſic idẽ qď prius. Con. qlibet ꝗ eſt ſine moꝛtali ẽ mẽbꝛũ coꝛꝑis myſtici. mẽbꝛũ aũt debet ſuſtẽtari de alimento ipiꝰ coꝛꝑis. ğ qlibet talis cõmuniõe coꝛꝑis dñici debet refici. ℗. Gr̃a ꝛ remiſſio petõꝛũ facit dignuꝫ eccl̕ie ſacris. ğ qlibet h̄ hñs dignꝰ accedit. ℞°. A ſacro h̄ ꝓpter eiꝰ maximã dignitatẽ excludi ꝯuẽit aliqd dupl̕r aut ꝓpt̕ indignitatẽ ſui. aut ꝓpt̕ reuerẽtiã ſacri. p̄ma cã excludẽdi ꝓprie nõ ẽ niſi petm̄ cui aliqs ſubiacet. vl̕ ꝗtũ ad reatũ tm̄ vel ꝗzcũ etiã ad actũ exterioꝛẽ vel interioꝛẽ ſcḋa cã p̄t eẽ petm̄ ꝛ h̄ dupl̕r. Vno mõ ꝓpter defectũ diſcretõis ꝗ ad reuerẽtiã adhibẽdã reqriꝛ ſic pꝫ in puerꝭ. Alio mõ ꝓpter oppoſitionẽ alicuiꝰ qď ad q̄ndã irreuerentiã ꝑtinet. ſicut in his ꝗ ſunt polluti aliq̄ macula coꝛꝑali. Ad .j. ergo dõm ꝙ in doꝛmiendo imponiꝛ iudiciũ

intellect⁹ q: hō ꝯ̄uertit̄ ad imagīes rerū vt ad veras reꝯ ꝓpter h̄ hō nō habꝫ vſū li. arbitrii ꝗ iudiciū reꝗrit. ꝛ iō pollutō nocturna pcr̄m nō ē ſm ſe. īpedit tn̄ ad cōmunīone triplici rōe. Pīo rōe culpe ex q̄ cāt̄ ſiē cū ce. ex pi cogitatōe ꝓcedit ꝛ hoc p̄cipue qn̄ dubitatur vtrū in cauſa fuerit pctm̄ mortale. Scd̄o inq̄ꝫtū eſt quedaꝫ immūdicia corꝑal'. Tertio inq̄ꝫtū aliqual'r aīaꝫ retrabit a feruore deuotōnis q̄ in hoc ſacro requirit̄ ꝛ hoc p̄cipue qn̄ cū aliq̄ turpi imaginatōe pollutō ꝯtingit. aīa cm̄ carnalis quodāmō efficit̄ ex expientia talis delectatōis. ſed hee due cauſe vltime īpediūt ex quadā ꝯgruētia niſi aſſit potior cauſa ſed p̄ma ex neceſſitate qn̄ eſt dubitatio de pctō mortali p̄cedente. Ad. ij. de excōicato dōm ꝙ ꝗuis nō ſit indign⁹ tn̄ ꝓpter obedientiā eccīe debet humil'r abſtinere. alias p inobedientiā actu peccaret. Ad. iij. de manu luto ſa dōm ꝙ talis ſi ſciēter faceret peccaret. q: ꝯtēneret. alias nō Ad. iiij. de infantibꝫ dōm. ꝙ ſi ſunt in etate apta ad dijudicādū ꝛ reuerēdū corpus dñi vel ꝓpe etatē adultaꝫ. ſ. xij. annoꝝ. vl' xj. tunc ſi appēt ſigna reuerētie ꝛ diſcretōis pn̄t ſumere alias nō. Ad. v. de furioſo. dōm ꝙ furioſ⁹ aut habet lucida interualla ꝛ tūc p̄t cōmunicare. aut nō. aut ḡ ē ꝑpetuo furioſus. ꝛ ſic nō debꝫ aut ad tp̄s ex infirmitate aliq̄ incidit in freneſim et tunc ſi ante petierat ꝛ p̄ſumit̄ poſſe accipe ſine p̄iculo deriſiōis aut vomit⁹ aut hmōi debet ei dari. aliter nō.

Ad. vj. de immūdicia corꝑali. aut eſt ꝑpetua ſiue difficile purgabil' ſicut lepra fluxus ſeminis et alia hmōi et ꝓpter tale immūdiciā corꝑalē non debet eucariſtie ſūptio p̄termitti. aut ē de facili purgabil'. ꝛ tūc p̄t p̄termitti ꝓpter reuerentiā. ſed nō eſt neceſſitatis ſi ſit pure corꝑalis niſi exp̄ſſe credat in irreuerentiā ſacri. ſicut ſi aliq̄s manibꝫ deturpatis ad celebrandū accederet. in ve. aūt le. ꝓhibebāt̄ ꝑſone ō quibꝫ obiectio tāgit. ꝓpē figurā q̄ ceſſauit veniēte v̄itate Ad. vij. dōm ꝙ ſacerdos leproſo interdicit̄ ne publice celebret ꝓpter errorē. tn̄ ſecreto pōt ex deuotōe celebrare niſi adeo corrupt⁹ ſit q̄ꝺ p̄iculuꝫ timeat̄. leproſas tn̄ nō debet ad ſacerdotiū ꝓmoueri nec eſt ſil'e de ſacerdote celebrāte. ꝛ eucariſtiā ſumente q: plus requirit̄ in celebrāte q̄ꝫ in ſumēte Ad alia q̄ ſunt in ꝯtrariū p̄tꝫ ſolutio ex dictis.

DI. X

Sunt autē alij. Hic

querunt̄ quattuor. Primo vtrū corpus xp̄i ꝯtineat̄ ſub ſacro eucariſtie. Scd̄o vtrū tota quātitas eius. Tertio q̄lit̄ Quarto vtꝝ poſſit ibi videri aliq̄ oc'lo corꝑali

D primū ſic ꝓcedit̄ ꝛ videt̄. ꝙ corp⁹ xp̄i nō cōtineat̄ ſub ſacro nil cm̄ pōt eē niſi pus n̄ erat niſi moueat̄. ſed corp⁹ xp̄i de celo nō mouet̄. q: ſic motus ei⁹ ad diuerſa loca terminaret̄ q̄ꝺ eſt īpoſſibile ḡ nō p̄t eſſe ſub hoſtia ſub q̄ prius nō erat. P. Nec p̄t eſſe extra terminū ſue ſb̄e. termin⁹ ſb̄e corꝑalis loc⁹ ei⁹ eſt admin⁹ extrinſec⁹ ḡ nō p̄t extra ip̄m eē ergo cū locus xp̄i ſit in celo nō p̄t ſil' eſſe extra celū. P angel⁹ eſt ſimplicior q̄ꝫ corp⁹ xp̄i ſed angel⁹ nō p̄t eſſe ſimul in diuerſis locis ḡ nec corp⁹ xp̄i ꝛ ſic idē q̄ꝺ prius

P. j. ad Cor. xi. pāis quē frāgim⁹ nōne ꝯcōicatio corꝑis ꝛ ſanguinis xp̄i eſt. h̄ aūt nō eſſet verū ſi ibi eſſet corpus xp̄i vt ſignatū tm̄ nō vt ꝯtentū. ḡ ibi vere ꝯtinet̄ corpus xp̄i. P. Joh. vj. dicit̄ caro mea vere eſt cibꝫ ꝛ ſanguinis meus vere eſt potus. ḡ corp⁹ xp̄i ſcd̄m v̄itatē eſt ſub ſacramento quod in cibum ꝛ in potum ſuminus.

R°. Uerū corp⁹ xp̄i ꝯtineri ſub ſacro ſcriptura oñdit. q̄ dicē h̄ ē corp⁹ meū. rō āt hmōi ꝯtinētie duplex p̄t aſſignari. Una ex parte xp̄i. ſ. vt ꝑfectius ꝯiūgeret̄ nobis. in alijs cm̄ ſacr̄is nob ꝯiūgit̄ ꝑ v̄tutē ſuā. i ſacro aūt eucariſtie ꝑ eſſentiā ſuā Alia ex p̄te nr̄a. ſ. ꝓpter charitatis inflāmationē. ſpei ſubleuatōꝫ. ꝛ meriti fidei incremētū

Ad. j. nihil p̄t eē ꝛc. dōm ꝙ addēdū eſt vl' alteri⁹ contingit cm̄ ignē eſſe vbi non erat prius abſq; motu locali ignis ꝑ ꝯuerſionē aeris in ip̄m. ꝛ ſic corp⁹ xp̄i eſt in altari vbi prius non erat ꝑ cōuerſionē panis in ip̄m. non tn̄ corp⁹ xp̄i generat̄ ſicut ignis. q: panis ꝯuertit̄ i corp⁹ xp̄i p̄exn̄s. nō aūt aer in ignē p̄exntem Ad. ij. dōm ꝙ loc⁹ quidē attribuit̄ corꝑi xp̄i rōne ꝓpriarū dimenſionū ꝛ ſic eſt tm̄ in celo. alius rōe dimēſionū remanētiū ex pane qui in corp⁹ xp̄i eſt ꝯuerſus ꝛ ſic eſt in altari. Ad. iij. dōm ꝙ rō illa ꝓcedit ad hoc ꝙ corp⁹ xp̄i nō ſit in pluribus locis ſil' ſm ꝓprias dimenſiōes.

